ecclesie alienandis vel non // Ut ecclesiastica beneficia ... di de q i fiet non tamen // De commodato // De
deposito / tractatur xv q ii et xiv q ii fere p(er) totam // De emptione et venditione // De rerum permutatione
// De pignoribus tractatur xv q ii et xvi q ii fere p(er) totam ... porrectum et penitentia di v equalitas
lucri // De solutionibus // De fideiussoribus tractatur xxvi iii q iii ... // De donationibus tractatur
xvi q i possessiones et q di illud xvi q ii de bone rei religiosa // De peculio clericorum / tractatur
xii q ii p(er) totam de laicis illud et eadem qui p(er) totum et iii q se p(er) totam // De testamentis tractatur
xii q v p(er) totum xiii q ii c ult xvi q i annone ... xxiii q i ... tue et de in de
xvi q vii p(er) totum xiii q ii c ult xvi q i ... // De successionibus ab intestato tractatur xxii q iii quicumque et ii de c i et vi
usque in fine // De sepulturis tractatur xiii q i se p(er) totum // De parrochiis et alienis parrochianis
et e placuit // De decimis et primiciis
tractatur xvi di xiii q i p(er) totum xvi q i si quis et se q ii pervenit // De regularibus
et oblationibus tractatur xvi q i ... et se p(er) totum xvi q i et ii fere p(er) totum // De regularibus
et transeuntibus ad religionem tractatur xxiii q ii ... quod ... si quis qui sunt ...
... ecce desponsata xxvii q v se p(er) totam // De voto et voti redemptione tractatur xvi di i se p(er) totam
xvi c se p(er) totam xiii q iii que semel quod // De statu monachorum tractatur xvi q iii p(er) singulas
xvi q i p(er) totam xvi q i si quis lator et q vii omnis xxiii q ii quidam // De religiosis domibus
ut episcopo sint subiecte / tractatur / xiii q ii in ... // De capellis monachorum tractatur xvi q vii de
quis episcoporum et q vii filiis genitivus quicumque filius de ... monasterium ... consecrandum
de plures ... si quis filius // De iure patronatus tractatur xvi di de oratoriis ii q ii ...
xvi q i in ... et q iii p(er) totam xvi q ii concesso xxii q ... xvi q i de ...
// De censibus exactionibus et procurationibus tractatur xvi q i ... xvi q ii de monachis ...
de q di i in ... // De ecclesiis edificandis tractatur xvi q i ... monachorum ... xvi q
iii p(er) totam xxiii q ult ... et sequentibus ... et sequentibus // De immunitate ecclesiarum tractatur
lxxxvi di p(er) totam xv q iii se p(er) totam xvi q iii se p(er) totam // Ne clerici vel monachi secularibus negociis
se immisceant lxxxvi q i ... et in ... xxiii q ii p(er) totam et ... di nullus clericus;

Concordancie quarti lib(ri) / de sponsalibus et matrimonijs / tractat(ur) xx q. i Firmata xxx q.
ij per totum // De desponsatione impuberum tractat(ur) xxx q. ii per totum // De clandestina despo(n)sa(tione)
// De sponsa duorum tractat(ur) xxxi q. ij fere per totum xlij q. iiij Uxor xxvii q. i Nos opportet
xxxij q. ult. et sequentibus // De conditionibus appositis / tractat(ur) xxxii et xxviii di. per totum xxxi
et xxxij per totum // Qui clerici uel uouentes contrahere possunt tractat(ur) xxvi q. i Si quis uxorem
De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium tractat(ur) xxxij q. i Si quis uxorem
// De coniugio leprosorum tractat(ur) xix q. ij fere per totum // De coniugio seruorum // De natis ex libero uentre
tractat(ur) xxix q. i et q. iiij per totum // De cognatione spirituali tractat(ur) xxx q. ii ita pos // De cognatione
legali // De eo qui cognouit consanguineam uxoris sue tractat(ur) xxxij q. iiij qui dormierit
quidam si quis sponsam xxxij q. iiij quidam si quis uidua qui dormierit concubinisti
si quis // De consanguinitate et affinitate tractat(ur) xxxv cum fere per totum et q. v in mi. lineis in eadem ibi
posita // De sobole suscepta ex hijs impedimentis tractat(ur) ii q. ii per totum // De frigidis et maleficiatis
tractat(ur) xxxiij q. i fere per totum xxxiij q. i per totum // De matrimonio contracto contra interdictum ecclesie tractat(ur) xxxv
q. iij Non opportet in summa ibi posita usque sine (...) // Qui filij sint legitimi tractat(ur) xxxij
di. et xxxiij di. Si quis uidua xxvi q. iij Commoneat et q. vij per totum // Qui matrimonium
accusare possunt tractat(ur) xxx q. vij per totum // De diuortijs et dote post diuortium repetenda tractat(ur)
cum fere per totum xxxi q. i de hijs et per totum usque in fine

Concordancie quinti libri De accusationibus tractat(ur) ij q. i manifesta quod et sequentibus
De manifesta et q. iiij per totum et q. vij et viij per totum et iij q. iiij et q. viii c. i et ix et x et
xi per totum et xv q. iij per totum // De symonia tractat(ur) i cum fere per totum // Ne prelati uices suas sub annuo
censu concedant tractat(ur) xvi q. (...) // De magistris et ne aliquid exigatur pro licentia docendi tractat(ur)
xxxvij di. de quibusdam // De iudeis et sarracenis tractat(ur) xlv di. q. sincera et liiij di. qui man-
cipia nulla sunt xi q. iij ad mensam xxviii q. i nulli iudeorum saepe nullus omnes sane // De hereticis
tractat(ur) i q. i in multis capitulis xxiiij cum fere per totum xxiiij q. iij et q. iiij in multis ca(pitulis) // De
scismaticis tractat(ur) vij q. i reuertentibus sane denique xi q. i per totum xij q. ij Alienationes xxiii q. iij
// De apostatis tractat(ur) c. i et ij et iij xvi q. i legi xx q. iij c. i et ij De q. di. iiij Non licuit et c. (...)
// De homicidio uoluntario uel casuali tractat(ur) l. di. minor clericos de hijs si quis uidua et (...) qui
plures // De homicidio uoluntario (...) usque ad (...) xxx q. i fere per totum de pen(itentia) di. i (...) homicidiorum nimis
(...) et (...) usque ad (...) // De torneamentis tractat(ur) xx q. viij quicumque clerici et q. c. quicumque //
et nullus et c. homicidiorum // De clericis pugnantibus in duello tractat(ur) xx q. viii ij q. iij Monachum // De adulterio et stupro tractat(ur) xxxij
di. nullus preter ad hoc non (...) di. (...) et si quis clericus (...) si qui autem si quis sacerdos
l. di. Si quis diaconus xxxij q. i in ult. c. et q. iiij Nemo blandiatur et q. vij (...) usque
ad s. hijs auctoritatibus // De raptoribus predonibus et incendiarijs tractat(ur) xvi q. iiij placuit et xxxvi
q. i raptor (...) desponsatus (...) et xxxij q. ult. Si quis pessima qui (...) si quis xxxvi
di. per totum // De usuris tractat(ur) xlvij di. non licet (...) xlvi di. fere per totum xiiij q. iij et iiij per totum
// De treuga et pace tractat(ur) ij di. (...) non (...) q. ult. c. ult. // De sortilegijs tractat(ur) xxvi cum per totum
// De delictis puerorum tractat(ur) i q. iiij per totum // De clericis percussoribus tractat(ur) xlv di. fere per totum // De clericis
uenatoribus tractat(ur) xxxiiij di. qui uenatoribus et (...) // De clerico excommunicato ministrante // De eo
qui furtiue ordines suscepit tractat(ur) (...) di. Salonitane ij q. v que edita xi q. iij Si quis
(...) et ij c. per totum l. di. // De furtis tractat(ur) vij q. ij in antiquis cum deuotissima in legibus frontes // De
(...) de priuilegiis // De excessibus prelatorum in subditos tractat(ur) xi di. in (...) xx q. iij priuilegium
xxvi cum fere per totum // De purgatione canonica // De purgatione uulgari // De iniurijs et dampno dato tractat(ur)
ij q. v fere per totum xv q. v per totum // De penitentijs et remissionibus tractat(ur) xxxiij q. iij per totum / De

sima cognitacionis & Rubor sig(nificatione) // de regulis iuris tota xl q in & xxxiii q n & q m & xxxvi
q vi per totum habemus de salomonitone ubi de ista materia plene notum est a magistro Johanne

ctionum omnium aliensum pretoris ac ciuiles
et primo de pretoriis videamus inter quas
est primo publiciana In qua talis ponitur casus
Ticius emit rem a non domino bona fide & cum
eam recepisset a possessione illius rei cadit
et G eandem rem possidere incepit queritur que
actio contra G possessorem Ticio competat rei vendicacio
non quia a principio non dominus sibi rem tradebat
seu tradidit nec ipse usucepit sed pretor sibi pub-
licianam tribuit a pretore publicio inventa insti.
de acti. § ex diuisio
In actione rescissoria ita ponitur casus cum Ticius esset
absens causa rei publice G rem suam mobilem usu-
cepit reuersus Ticius vult rem suam rehabere
queritur qua actione valeat compiri rei ven-
dicacione ciuili non eo quod rei dominium iam amisit
sed datur de equitate pretoria rescissoria actio
per quam rescindetur usucapio et fingitur minime
possedisse vel processisse
Sequitur de seruiana in qua talis ponitur casus
Ticius domum suam vel fundum cuidam pro certo
censu contulit inde cauit vel apportauit illa
illata vel inuecta pro pensione domus et fundi
tacite obligata possidet queritur datur actio
seruiana domino fundi vel domus ad reuocandas
illas res sibi obligatas contra quemcumque possessorem et quod
ita dicitur ponitur casus per insti. de acti. § seruiana
In quasi seruiana vel ypothecaria actione casus
Ticius rem suam mobilem vel inmobilem pignori
obligauit inuenit creditor rem obligatam
ab alio possideri datur sibi contra possessorem quasi
seruiana que et ypothecaria vocatur
Datur & utilis actio in rem superficiaria casus Ticius
conduxit aream in solo imposuit insuper domum
postea cadit a possessione domus datur sibi utilis
actio in rem ad repetendum domum illam datur
a(ctio) rei vendicacio vel non cum dominium pertineat
sed datur utilis in rem pretoria
Datur & utilis in rem quod metus passo casus
Ticius per metum compulsus rem suam vendidit
G et tradidit datur ei utiliter quod quia actio datur
utilis in rem pretoria

Sciendum est quod irregularitas est nota seu impedimentum canonicum ex facto seu delicto proveniens, per quam quis prohibetur ad ecclesiasticos
ordines promoveri et in eisdem ministrare. Et sumitur hic non pro infamia vel cicatrice. Est enim irregularitas cicatrix animae vel defectus
ut hoc dicitur in sacerdotibus in fi. quae post lavacrum peccati prima sancta non discedit ut i. q. i. dictum est. Dicitur etiam ideo canonicum
impedimentum, quia irregularitas a iure canonico orta est. Item proveniens ex facto seu crimine. Item quandoque ex delicto, quandoque ex
natura, quandoque ex eventu. Natura ut defectus natalium de quo hoc dicitur per totum. Et dicitur ab in quod est sine et regula ex de fil. presb.
per totum. Ex delicto ut bigamia ex de bigamis per totum. Et dicitur ab in quod est sine et re. sed irreg. quia est extra regulam ecclesiae natus sine
ipsius delicto vel saltem ex eius potius. Oritur autem irregularitas tribus modis, primo per defectus quando consistit in homine sine peccato
ut in bigamo vel illegitimo ex de fil. presb. et de bigamis non or. et hoc dicitur per totum de vita. nisi cum eadem. Secundo sumitur ratione ipsius
criminalis, cum omnis homo prohibetur ordinari vel celebrare in ordine iam suscepto sine ipsius dispensatione sibi soli reservata
ex de sen. et re iudi. cum eterni et de consan. proposuit. Tertio modo dicitur irregularis alius qui incurrit in susceptis ordinibus
ministrare vel ad maiores promoveri etiam post peractam poenitentiam sine ipsius dispensatione vel inferiorum praelatorum de quibus in Clem. le
gatorum [illegible] et episcoporum de irreg. non pro primo et hoc ex de vita. cum eadem de excess. prae. c. fi. Item si excommunicatus
celebrat sicut quis vel dicit horas suas officiando publice non in ecclesia sed extra, puta in navi vel in conventu vel alibi dicitur
irregularis est de quo di. i. Concedimus. Ac secus si dicit horas cum uno vel duobus aut pluribus sociis non officiando. Etiam
tamen si facit et subiungit illa verba quae a solo sacerdote dici solent ut Dominus vobiscum, et si per aliud non sacerdote facit officium
inchoari. Item si celebrat in ecclesia non consecrata dicitur irregularis est ac si esset consecrata eadem enim gaudet privilegio quo ad hoc
ex de consec. eccl. c. fi. de immu. eccl. Nam et idem est si excommunicatus ecclesiam celebret ut s. Item si sacerdos sepeliat aliquos in
cimiterio in quo sibi constat esse aliquos excommunicatos fore sepultos, dicitur quod sit irregularis cum violet interdictum ex de excess. prae.
Tanta. cum ex hoc sit cimiterium interdictum ex de consec. ec. Consuluisti de sepul. ex parte. Dicit tamen hoc non sit cautum in iure
expresse sicut nec celebrans in ecclesia sanguine vel semine polluta, in eius enim pena cum interdictum legis ... et homo
expresse de arbitr. Celsus In cimiterio autem per suam homines interdicto sepeliens sollempniter bene sit irregularis ex de poss. pl.
ff. de arbitr. Celsus In cimiterio ... c. i. et ta. pri. et clerico excom. mini. eccl. Item si presbyter excommunicatus vel suspensus simpliciter ab ordinibus suis ministrat in ordine
acolitatus dicitur irregularis efficitur ut hic ex illo v. si quid contingit de sac. misterio secus si tamen a missarum celebratione
suspensus esset. Item si excommunicatus in minoribus ordinibus ex legit epistolam in missa cantata dicitur non est irregularis ex quo
sine sollempnitate hoc facit, cum etiam a laicis quandoque legantur epistolae et lectiones in missa de consuetudine et idem sine
si ministret sacerdoti ad altare parando vinum et aquam lumine et huiusmodi et idem putat dominus Ostiensis de presbytero dyacono et
subdyacono. Item si quis suspenditur ab ingressu ecclesiae, tamen dicit quod non sit irregularis celebrando quia etiam ex ecclesiam celebrans de
q. di. Concedimus. Item si excommunicatus vel suspensus baptizat dicitur non est irregularis secundum quosdam dicentes hanc penam non extendi
ad hunc casum et quia hoc non est specialiter certo ordini deputatum licet sit arg. contra i. c. Si quis episcopus, sed quod ibi dicitur de sacro ministerio
restringitur ut dicunt ad officium ecclesiasticum et ad paramentum ulterius, hoc dicit quod si quis paratus vestibus sacerdotalibus vel dyaconalibus
sollempniter baptizat irregularis secus si aliter facit hoc. Finaliter autem hoc tenendum quod in dubio non est quis iudicandus irregularis nisi de hoc
expressum invenitur in iure ff. de pe. l. ... de pe. di. i. pene irregularitas enim a iure posita est introducta. Et nichil irregularitas
expressum invenitur in iure ... cadit in minoribus ordinibus quidquid dicunt ... diacon. quod non cum hoc solum de maio. or. attendit. Et quod hoc
cadit in minoribus ordinibus ... ex c. i. ... et est ratio quia in minoribus ordinibus constitutus deponi potest
est ex de cle. ex c. ij et in c. episcopus presbyter hoc idem non. ex c. i. ... ut lxxiiii di. c. iij. Est enim ...
... q. i. Si quis episcopus vel a maiorum ordinum assumptione non admittit quis nisi ut lxxiiii di. c. iij. Est enim ...
ordo suus deputatum officium ... di. ... et de hoc non. in c. episcopus presbyter, tercio ... irregularitas a maiori in hoc differt, quia
cum minori potest per episcopum dispensari, in maiori solus papa ... non dicitur ex c. c. ij et plenius in Clem. le. ... inter
de excess. et de conferendi ... ordinem. Item si episcopus sub poena excommunicationis late sententiae praecipiat ... ut participantes
... tali quem scio esse maiori excommunicatione in tali suum tenet ... sit paratus dicit revocare ... praecipiens ad
... hoc verbo excommunicatio ... cum ... tamen ... error expressum ... c. ... qui dicit et c. cum excommunicatio
ex c. ... In ... licet obedire non tenetur ... ad gehennam ... illud ... ex c. ... non
honore et c. inquisitioni. ... sententia nisi a ... procedat ... sed diffinitiva et ... potius locum ...
in c. Si quis episcopus vel ex de sen. ex c. cum medicinalis

Excommunicatio maior est poena imposita ab ipso iudice vel a canone qua quis a communione fidelium segregatur.
Excommunicatio maxima est poena imposita ab episcopo vel eius superiore quadam sollempnitate fulminata xi q. iii debet.
non debeo facere minus malum ut alter maius malum evitet xiiii di. quod ait
Si deo autem non queritur quis vel qualiter praedicet sed quid praedicet xxiiii di. sacerdote tuo

Questio fuit utrum greci bene baptizant dicentes baptizetur servus christi In nomine patris et filii et spiritus sancti
de hac forma grecorum dicit Jo. An. in c. 1 de baptismo. Et etiam patet predictam formam grecorum qua in baptizando
servant sine periculo fidei tollerari Ratio eius est quia forma baptizandi quam tenet romana ecclesia non fuit precise
de verbo ad verbum a domino constituta. Sed potius ex constitucione ecclesie vires sumit. quia in primitiva ecclesia bap-
tizabant homines In nomine trinitatis vel in nomine christi. et forma quam nunc habemus non tenebatur. sed postea
fuit ab ecclesia instituta. de con. di. iiii firmissime. ergo multo forcius posset statuere quod forma grecorum ubique servatur
que magis videtur forme ewangelii consonare. Nunc quidam Clemens papa tempore domini Ostiensis ipso audiente
ut refert. dixit tales non fuisse baptizatos. Idem Jo. An. de bap. licet grecos sine verbo periculum. dicit enim licet
forma baptismi quam greci tenent posset ab ecclesia tollerari. tamen error ipsorum intollerabilis non est tollerandus
Et quod idem not. Jo. de lig. de bap. maiores. Tamen addit ibidem quod sic fuit diffinitum de grecis Calabrie q
hanc formam servavit et fuit eis concessum quod in futurum secundum formam predictam baptizarent. Et credo ipsum loqui
de forma supradicta Et quod idem sentit Rich. de me. vel. super iiii sen. di. iii. q. ii ar. 2o in solucione primi argumenti
dicens interceta quod iste modus exprimendi seu ista forma est tucior. Sed ex quo c. ii de bap. dicitur. Et de quibus
dubium est an sint baptizati baptizentur condicionaliter ut ibi pro quo ego considero Et de hoc potest esse dubium
de iure et de facto. de iure quia non omnes doctores idipsum senciunt de causa c. dicto prius c. dicto e. et Clemente p
de facto quia puer exponitur nec apparent in ipso signa baptismi. nec de hoc habetur efficax testimonium vel parentes
communiter manent in silvis ubi non est presbiter nec ecclesia aliqua ut patet in Walachis et aliquibus Ruthenis. vel
quia racionabiliter dubitatur an tales sint baptizati vel formam servatam Ex hiis dico quod propter dubium utriusque
speciei tucius est predictos Ruthenos et Walachos condicionaliter baptizari. quam rebaptizari simpliciter vel p
dimittere non baptizatos tamen dum quorumque hec tamen una de omnibus maioribus. ex quo totam et magnam
tangit gentem ad christi unitatem et ad sedem Petri referatur Etiam dubitatur utrum dicte naciones formam grecorum
servent vel non. vel aliam formam ecclesie primitive de quo si mihi constaret crederem eos non rebaptizandos Item
alias ro. greci antequam erant a nobis separati bene baptizabant et pro catholicis habebantur. sed illam formam non mu-
taverunt ut suppono ergo adhuc baptizant Item paulus predicando grecis et Corinthiis dixit laudo vos

De absolut. in mort. art.

Supplicat S. V. devotus v[este]r .. quatenus sibi absolutionem generale in mortis articulo concedere dignemini ut in forma

Sup. eodem

Supplicat S. V. devotus vester filius v[este]r .. comes .. .. dioc. quatenus sibi pro .. matre .. fr[atr]e .. sorore et .. sororis suis specialem gratiam facientes eisdem plenaria om[n]ium suorum peccatorum remissionem in mortis articulo dignemini indulgere ut in forma

De can[onica]tu et prebenda.

Supplicat S. V. devotus v[este]r .. clericus .. dioc. magister in artibus ... quatenus sibi specialem gratiam facientes de canonicatu sub expectatione prebende necnon dignitatis personatus vel officii cum cura vel sine cura ... ad collationem electionem presentationem seu quamvis aliam dispositionem episcopi et capituli ecclesie .. spectantis si qui aut si qua in dicta ecclesia vel dioc. .. ecclesia si maior sit post episcopalem aut principale in ecclesia collegiata vacat ad presens vel quam primum simul aut successive vacaverint conferendis conferendos seu conferendi eidem .. donationem apostolicam dignemini reservare cum acceptatione inhibitione decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis oportunis et executoribus ut in forma

Super eodem

Supplicat S. V. devotus v[este]r .. clericus .. dioc. in artibus studens quatenus sibi specialem gratiam facientes de canonicatu et prebenda sub expectatione prebende ecclesie .. ubi vacant vel vacaverint eidem .. dignemini providere cum acceptatione inhibitione decreto etc. ..

Sup. eodem nomine card.

Supplicat S. V. devotus filius v[este]r Raynoldus sancti Adriani diacon. card. quatenus sibi in persona dilecti familiaris sui domestici N. clerici Warmien. dioc. specialem gratiam facientes de canonicatu ecclesie .. eidem dignemini providere prebendam vero si qua in eadem ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit quam duxerit acceptandam eidem postmodum conferendam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationem apostolicam dignemini reservare cum acceptatione etc. ut supra

Sup. eodem

Supplicat S. V. devotus filius v[este]r R. etc. quatenus etc. de canonicatu sub expectatione maioris prebende ecclesie in qua minores medie et maiores prebende existunt eidem .. dignemini providere non obstantibus consuetudine et statuto dicte ecclesie quibus cavetur de quod nullus ibidem maiorem prebendam assequi valeat nisi de minoris ad medias de mediis ad maiores gradatim ascendat cum aliis non obstantibus et clausulis ac executoribus ut in forma

Sup. eodem de dignitate personatu et officio etc.

Supplicat S. V. devotus filius v[este]r R. etc. quatenus sibi etc. de dignitate personatu vel officio in dicta ecclesia .. etiam si curatum vel quam per electionem assumi quis consuevit vacantem vel vacaturum eidem .. dignemini providere non obstante etc. et cum clausulis non obstantibus ut supra.

De beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura
spectante ad collationem episcopi decani et capituli

Supplicat S. V. devotus v[este]r .. clericus .. dioc. quatenus sibi specialem gratiam facientes de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo in civitate vel dioc. spectante communiter vel divisim ad collationem etc. .. episcopi decani et capituli ecclesie .. eidem .. conferendo dignemini providere cum aliis non obstantibus ut s.

de beneficijs vacan(tibus) et p(rim)o de can(onica)tu et preb(end)a

vacan(tibus) per promocionem

Supplicat s(anctitati) v(estre) devotus vr(ester) etc. quatinus sibi specialem graciam facien(tes) de can(onica)tu et prebenda eccl(es)ie .. quos B. elect(us) Warmien(sis) eccl(es)ie obtinet cum ipsas per munus consecracionis eiusdem electi vacare contigerit aut alio quovis modo p(rese)nciu(m) per ipsius elect(i) obitum vacare contigerit conferendos s(anctitas) v(estra) .. donacioni ap(osto)lice dignetur reservare Non obstan(te) quod beneficiu(m) eccl(es)iasticu(m) cum cura vel sine cura ad collacionem etc. ep(iscop)i .. noscit(ur) expectare cui paratus est renunciare postquam etc. Cum omnibus ut s(upra).

de beneficio curato vacan(te) per morte(m) inhabilitate

Supplicat s(anctitati) v(estre) etc. quatinus sibi specialem graciam facien(tes) de proch(iali) eccl(es)ia in .. dec(anatu) dioc(esis) cuius redditus etc. s(ecundu)m co(mmun)em extimacionem summam x marcarum argenti annuatim non excedunt ex eo vacan(te) quod .. dictus dictam eccl(es)iam per plures annos tenuit ad sacerdotium non promotus que eccl(es)ia a tempore bo(ne) me(morie) dom(ini) Innocencij pape vj. sic p(er) cercioribus graciis sunt et adhuc lest possessa indebite et obtenta reservacionibus ac devolucionibus non obstan(tibus) quibuscumque et si alio quovis quam premisso modo vacet dignemini eidem .. mis(ericorditer) providere Cum ceteris non obstan(tibus) ut supra

Supplicacio ad citandum partem

ad instan(ciam) in partibus

Supplicat s(anctitati) v(estre) devotus vr(ester) .. presb(ite)r .. dioc(esis) quatinus causam et causas quam et quas movet seu movere intendit .. de .. clerico .. dioc(esis) .. de .. canon(ico) .. se asserentem et omnibus alijs quorum interest et quorum sua quilibet vel dominium putaverit interesse de et super proch(iali) eccl(es)ia in .. dec(anatu) .. dioc(esis) et eius occasione alicui de auditoribus vr(i) sacri pallacij causarum commitere dignemini audiendam decidendam et fine debito terminandam cum emergentibus incidentibus dependentibus et connexis cum potestate citandi p(ar)tem .. et .. ext(ra) Roman(am) curiam et ad partes semel et pluries et tociens quociens opus erit Non obstan(te) quod huiusmodi causa et cause de sui natura vel alias ad dictam curiam non sint legittime devolute nec in ea tractande et finiende cum non sperent super premissis in partibus consequi iusticie complementum

Sup(plicacio) eodem de quadam vicaria

Supplicat etc. quatinus de etc. de perpetua vicaria sine cura in eccl(es)ia .. ex eo vacan(te) quod Jo(hannes) .. de .. olim in ipsa eccl(es)ia perpetuus vicarius in loco fratrum minorum ordinis sancti .. in tali loco .. dioc(esis) ingressus ordinem ipsum professus extitit sine premisso modo sine per liberam resignacionem de dicta vicaria extra apud sedem apostolicam sponte per ipsum Jo(hannem) factam eidem .. dign(emini) mis(ericorditer) providere Et si dicta vicaria alio quovis modo vacet aut eius collacio sit ad sedem ap(osto)licam devoluta vel generaliter aut specialiter reservata Non obstan(te) etc. cum aliis non obst(antibus) etc.

Sup(plicacio) eodem de proch(iali) eccl(es)ia vacan(te) in curia per mortem

Supplicat s(anctitati) v(estre) etc. quatinus etc. vel sic Supplicat s(anctitati) v(estre) devotus etc. magister in artibus qui post dictum magisterij gradum parisius adeptum ibidem pluribus annis rexit et legit in sua facultate et insuper tam in dicto parisien(si) quam Padue studijs vj annis vel circa iura canonica audivit et in eis laudabiliter profecit graciam facien(tes) specialem sibi de omni iure quod quondam .. de .. presb(ite)ro .. dioc(esis) in proch(iali) eccl(es)ia s(ancti) .. in tali loco .. dioc(esis) competebat et ad eam et eciam in causa olim mota super dicta eccl(es)ia et iure ac occasione ipsius inter dictum quondam .. de .. ex parte una et Jo(hannem) de .. presb(ite)rum .. dioc(esis) ex altera inter quas partes ad nonnullos actus in pal(acio) ap(osto)lico extitit processum quos et ipsius cause statum dignemini habere pro expressis quamquam .. pendente causa huiusmodi in Rom(ana) curia nature debitum persolvit dignemini providere in premissis .. ad omne ius et ad dictam causam quam etc. lite eius ex statu quo quondam .. competenti seu competere valenti in premissis et earum occasione dignemini subrogare cum dictus .. ex non discussa dictam eccl(es)iam de facto detineat vicitpalitum Cum aliis etc.

Supplicacio etc.

Supplicat s(anctitati) v(estre) devotus vr(ester) archiepiscopus Salzeburgen(sis) quod possit celebrare et coram familiaribus suis et alijs volentibus interesse missas celebrari facere eciam alta voce et ante diem ac in locis interdictis nisi eciam de dicto interdicto etc.

Supp(licaci)o ad creandum .. can(onica)tus in eccl(es)ia kathed(rali)

Item quatinus eidem archiepiscopo in augmentum divini cultus .. canonicatus in eccl(es)ia Salzeburgen(si) creandi ipsosque de bonis capituli que longe pluribus sufficere consueverunt et sufficiunt ad presens ut certis canonicis providendi concedere dignemini facultatem Cum omnibus non obstan(tibus) et except(is) ac clausulis opportunis quibuscumque

Supp^co ad deponendum illos qui certa beneficia in detrimentum animarum suarum detinet seu occupat iniuste

Item cum sint nonnulle persone ecclesiastice civitatis et diocesis ac provincie ipsius que prebendas dignitates etiam electivas personatus officia et beneficia cum cura et sine cura in detrimentum animarum suarum ac preiudicium et gravamen ipsarum dignitatum personatuum officiorum ac aliorum beneficiorum cum cura vel sine cura obtinet

Igitur supplicat e. v. s. prefatus archiepiscopus quatenus ipsos ab eis amovere possit et ipsos ipsas vel ipsa personis ydoneis conferre valeat hac vice etiam si reservata seu devoluta fuerint seu per constitucionem execrabilis vacare dignemini de gratia speciali eidem concedere facultatem cum omnibus clausulis etc.

Item quatenus omnia privilegia indulgencias immunitates ac libertates quascumque per predecessores vestros ecclesie vestre Salzeburgensi concessas confirmare dignemini de gratia speciali

Item quod possit de bonis ecclesiasticis a deo eidem collatis testari etc. ut in forma

Supp^co dispensacionis super defectu natalium

Item quod possit cum .. personis suarum civitatum et diocesis defectum natalium patientibus quacumque illegitimitate sint detenti dispensare ut ad omnes ordines etiam sacros possint promoveri et beneficia ecclesiastica etiam si curam habeant animarum obtinere defectu predicto non obstante etc. ut in forma

Item quatenus sibi in sua .. ecclesia unum canonicatum sub expectacione prebende et beneficia cum cura vel sine cura ecclesiastica si spectant ad collacionem etc. prepositi et capituli ipsius ecclesie .. auctoritate apostolica possit reservare et ea ydoneis personis si vacant ad presens vel cum vacabunt providere cum omnibus non obstantibus etc.

Supp^co ad creandum iii notarios auctoritate apostolica

Item quod possit auctoritate apostolica sex notarios creare vel in cancellaria nominare etiam si coniugati vel in sacris ordinibus constituti existant ut in forma

Supp^co de indulgenciis

Item quatenus omnibus vere penitentibus et confessis qui dictam ecclesiam .. devote visitaverint in festis pro cancellaria vestram dare consuetis unum annum et quadraginta dies de iniunctis penitenciis dignemini misericorditer relaxare et cetera ut in forma

Supp^co ut per alium ordinis non mendicantium possit recipere fratres de ordine mendicantium et supplicatur cum appore al gnetn quod a fratribus mendicantibus

Supplicat e. v. s. pro parte devotorum vestrorum generalis et monachorum monasterii et ordinis s. .. sub regula s. .. n. diocesis et fratrum p. et I. ordinis heremitarum sancti Augustini quatenus cum in dicto ordine s. .. propter mortalitatem que in partibus illis pestifere viguit defectus monachorum existat tamen quod divinus cultus diminuitur dicti quoque fratres p. et I. ydonei ad fratrum devotionem desideret in ordine predicto s. .. dicto familiari salutem earum animarum efficacius providere intendentes quod prior et monachi fratres p. et I. predictos in prefato ordine s. .. recipere valeat in monachos et in fratres ipsius et dictis fratribus p. et I. licentiam dignemini misericorditer impertiri ipsosque ad omnia officia administraciones beneficia et dignitates ipsius ordinis s. .. habilitantes de gratia speciali constitucionibus specialibus apostolicis aut consuetudinibus vel statutis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque

Supplicat e. v. s. devotus vester .. clericus .. diocesis quatenus aliquibus discretis viris dignemini vestras litteras in mandatis ut ipse in monasterio s. .. ordinis s. .. dicte diocesis ipsum cupiente sub regulari habitu virtutum domino famulari et in eodem monasterio in monachum et in fratrem auctoritate vestra recipi faciat sibique eiusdem monasterii habitum regularem exhiberi sincera quod in domino ibidem caritate tractari ac sibi de ipsius monasterii fructibus et redditibus sicut uni quod aliis dicti monasterii monachis integre respondere cum clausis opportunis quibuscumque constitucionibus in contrarium editis non obstantibus

Supp^co sup obtinenda plicentia seu impetratione aliam mon construendi
cum aliis faciendis altimum ecclesie edificare quia ipsa careat rectore

Significat s. v. devotus vr .. de .. .. dioc quod nup ipse in domibus propriis ad laudem dei et bte virginis
gloriose ac pro sue et suorum parentum animarum salute quandam capellam in honore et sub vocab^o
sce clare edificavit causa et construxit eamque de bonis propriis sufficient^r dotavit Cum
aute ob devocionem eximiam quam ipse ad eandem sctam claram et eius ordini dinoscit^r
ac pro augmentacione divini cultus vnum mon monialium in eisdem domibus et capella sub
vocabulo eiusdem scte edificare et de bonis sibi a deo collatis sufficient^r dotare proponit. Humilr
supplicat idem .. quatus sibi dictum mon cum ecclesia seu capella vel oratorio cimiterio campana
campanili et aliis necessariis officinis construendi et edificandi ipsumque sufficient^r dotandi
iure parrochialis ecclie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo de solita vra clementia licentiam
dignemini elargiri Et nihilominus quod dictum mon postquam constructum et edificatum fuit abbatissa
et moniales et alie psone huius gaudeant privilegiis exemptionibus et immunitatibus
quibus gaudet alia mon ordinis memorati de ampliori dono gre concedentes Cum dibus
non obstan et clausulis oportunis ..

Supp eodem de constructione et edificatione hospitalium

Significat s v etc. quod ipse olim cupiens terrena in eterna et terrena in celestia felici commercio commutare
de bonis sibi a deo collatis et ad ipsum ratione psone sue spectant infra sua dioc infra quam
nullum hospitale pauperum existebat construxit et edificavit duo hospitalia ad honore
dei et sustentationem xpi pauperum et infirmorum et alia duo hospitalia similiter infra eandem
dioc construere intendit ad dno adiuvante / quare e s supplicat humilr dictus epus quatus sibi vt
in dictis hospitalibus tam constructis quam construendis possit auctoritate apostolica in singulis singulas
capellas cum cimiterio campanili campanis domibus et omnibusque aliis necessariis officinis construere
et in ipsis capellis capellanos perpetuos deputare et instituare qui pauperibus et infirmis in
hospitalibus ipsis degentibus missas et alia divina officia celebrare et eis ecclesiastica sacramenta
ministrare valeant. Non obstan conditione ecclesiarum ecclesiasticarum infra quarum parrochias dicta hospitalia
constructa sunt seu construentur sine preiudicio tamen dictarum ecclesiarum et aliorum quorumcumque
specialem dignemini concedere potestatem Cum omnibus non obstan et clausulis oportunis

Significat s v humilis et devotus vr primus genealis etc. quod ipse dudum legittime fundavit in terra
Anacadalio Theatin dioc quandam ecclesiam sub vocabulo sce marie animarum iacentem
in partu in qua erigi fecit quinque altaria sub dicte virginis matris xpi ac btorum nicolai ponti
et confessoris / anthonii abbatis / leonardi confessoris et katherine virginis et marthe vocabulis
ad quam etiam devotionis causa iam fidelium confluit multitudo. Nec in directo ipsius ecclie in
loco ubi principio dictus exponens emit et habet quasdam domos quas ad laude dei pro animabus parentum
suorum et suo proposuit et ponit animo e s v. ad id accedat assensus deputare ad usum hospitalitatis
pauperum xpi et facere de illis domibus vnum hospitale sub vocabulo bti iuliani martiris in quo
pro omnia hospitalitas observetur Et iam certi bis fecit per eundem proinde ordinari et dotare ponit
illud et in eodem erigere quinque alia altaria sub ipsius iuliani matris iohis bapte et iohis evangeliste
bte marthe et sce crucis vocabulis nuncupanda In quibus ad consolationem infirmorum et pauperum
divina officia celebrentur reservato sibi expresse tamquam fundatori eorum ac heredibus et legittimis successoribus
suis imperpetuum iure patronatus et presentandi in eisdem rectorem Quare humilr supplicat prefatus exponens
quatus sibi specialem gratiam facien faciendi hospitale predictum et ordinandi ac edificandi et erigendi
in ipso et construendi altaria predicta dignemini auctoritate apostolica licentiam impartiri et ad augendum devotionem

fidelium videlicet ac hospitalitatem predictam volens observanda omnibus vere penitentibus et confessis devote visitantibus, necnon etiam et hospitale prefatum licet nunc in predictis domibus iam inchoatum et semiconstructum in melius construendum et conformandum et altaria predicta omnino prout extunc cum formata erecta seu edificata et constructa erunt ac manus illis porrigentibus adiutrices in festivitatibus sanctorum et sanctarum omnium predictorum ac eorum octavis necnon in aliis sollempnitatibus et festivitatibus in cancellaria vestra exprimi consuetis unum annum et xl dies in perpetuum de iniunctis eis penitentiis dignemini misericorditer relaxare etc. ut in forma et ad gratiam ampliorem dignemini ponere fiat ut petitur manu propria subscribendo

Item supplicat prefatus exponens quatenus ipse cum uxore sua fratre filiis et familiaribus suis in predictis ecclesia et hospitali audire possit missam et alia divina officia non obstante generali interdicto vel ...

Super defectu natalium

Significat S. V. devotus vester .. de .. clericus .. diocesis quod ipse olim ...... super defectu natalium quem patitur de soluto et soluta dispensatione obtenta se fecit clericali caractere insigniri. Quare humiliter supplicat quatenus secum ut premissis non obstantibus ad omnes ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica etiam si unum eorum curatum aut dignitas etiam electiva aut maior post pontificalem seu principalis aut personatus vel officium et etiam si ipsa omnia canonicatus et prebende et etiam in ecclesiis cathedralibus existant libere recipere et licite retinere necnon ipsa beneficia et quodlibet ipsorum permutare et simpliciter dimittere et alia similia vel dissimilia ad invicem compatibilia recipere et retinere quotiens sibi visum fuerit expedire licite valeat dignemini misericorditer dispensare. Cum omnibus non obstantibus et clausis oportunis ac decreto in quibuscumque gratiis per ipsum impetrandis non teneatur de dicto defectu natalium facere mentionem

Super dispensatione matrimonii in quarto gradu

Significat S. V. humiles et devoti oratores vestri nobiles viri .. natus quondam .. et nata quondam .. de .. quod ipsi affectantes matrimonialiter copulari sponsalia de futuro invicemque inter consanguineos hincinde tractatu ad invicem contraxerunt pena et iuramento firmata verum quia quarto consanguinitatis et dupplici affinitatis gradibus se coniuncti existunt matrimonium adinvicem contrahere nequeunt sedis apostolice licentia non obtenta. Quia vero si sponsalia ipsa sint adeo publica quod nisi debitum consequerentur effectum rancores et odia scandala et alia pericula oriri propter eorum nobilitatem et potentiam verisimiliter dubitantur. Quare humiliter V. S. supplicant et devote quatenus cum eis sic affectantibus dignemini de speciali gratia dispensare ut dictum matrimonium efficere valeant non obstante impedimento predicto et in eo licite permanere prole etc. ut in forma

Super dispensatione irregularitatis

Significat S. V. devotus vester .. clericus .. diocesis quod cum ipse olim quandam coniugatam adamasset eam pluries carnaliter cognoscendo deinde una die cum maritus ipsius extra oppidum ad quandam civitatem se finxisset iturum ipsa coniugata eidem significanti intimavit quod ad ipsam veniret certa hora qua maritus ipsius se extra oppidum pro suis negotiis absentaret. Hora vero prefata adveniente idem significans venit ad dicte coniugate hospitium et cum ipsa quoddam cellarium tenebrosum intravit et ibidem carnaliter commiscendo tandem cum adhuc idem significans in eodem cellario cum ipsa coniugata existeret maritus ipsius evaginato gladio cellarium intravit alios ambos vult aggredi occidendi. Ipsi vero perterriti predictus significans cum prefata coniugata nescientes quid facerent significans vero per unam fenestram eiusdem cellarii laboravit et non potuit et interim mulier predicta ad maritum accedens et ipsum placare verbis mitibus conabatur et sic accedendo ad maritum idem maritus eam letaliter vulneravit ita quod post triduum expiravit et cum hoc eundem significantem ita quod vix mortem evasit vulneravit. Supplicat igitur V. S. idem significans quatenus ad obstruendum ora loquentium declarare dignemini ipsum nullam propterea irregularitatis maculam contraxisse ..
Et non est necesse quod scribatur sive alias vel ... in istis supplicationibus

Super eodem

Exigit o. b. etc. quod cum ipse ab eiusdem mercatori famulus et in quadam Civitate monasterium
dominarum expectasset, quae cum in pomerio ibidem bibendi fuissent venit clamor in Civitate quod rap-
tores et inimici penes Civitatem essent ipse et alii eiusdem mercatoris socii et complures cives
ne huiusmodi monasterium per eosdem repente in Civitate ad apprehendendum monasterium contra raptores
eosdem ea defendendum venerunt concurrit et cum sua monasteria capiendi in terminis fuissent, praedicti
inimici eis cum quibusdam predis animalium pro ipsorum receptorum occurrerunt et cum ipsi in-
imicis appropinquassent non animo eos invadendi sed ut rapinam non deportarent dicti inimici hoc videntes
retrocesserunt in dictum significantem b. f. et eius socios irruendo unum ex ipsius significantis sociis occiderunt et
etiam alio tempore huiusmodi mercatori dicti significantis domino per suum superiore mandatum ut alia die demac-
secum nec. quidem mercator sui superioris obtemperans mandatis dictum significantem pereuntem quo nec ipse
secum cum una balista quam in alios contra [illegible] destima ducere penes monasterium consuevit
ipsum voluit et mandavit Et quod ad unam villam campestre inimicorum dicti superioris situatam
declinaverat rustici dicte ville se ex adverso opponentes aliqui ut sibi referebatur cum tamen
nullum viderit eiusdem occisi fuissent Verum cum idem significans ut in primo nostro praedicto casu aliquem
percussisset vulneravit seu occiderit dubitans supplicat o. b. dictus quatenus secum declarare dignemini ipsum
hec ad obstruendum ora loquentium nullam irregularitatis maculam incurrisse vel saltem cum
eo si opus fuerit misericorditer dispensare ut in forma.

Forma commissionis cum sua

P. etc. discreto viro etc. ubi qui predicti fuerunt requisiti vobis firmiter iniungentes mandamus in virtute sancte obedientie
premissis auctoritate h. b. d.

Processus iudicii

Antequam dicatur de processu iudicii notandum est quid sit iudicium et quot sint species iudicii et que sint persone que debent consistere in iudicio. ¶ Iudicium est actus trium personarum scilicet iudicis actoris et rei in lite consistentium. Alie etiam persone sunt quinque necessarie in iudicio ut testis advocatus assessor procurator et auditor. ¶ Iudex est qui iura vindicat et dicitur iudex quasi ius dictans vel dicens vel dicitur a iusticia quia debet esse iustus alio modo non potest esse iudex. ¶ Tres sunt species iudicum scilicet ordinarii delegati et arbitri. Ordinarii sunt qui habent propriam iurisdictionem ut episcopi abbates prepositi et decani. Delegati iudices sunt qui utuntur iurisdictione aliena ut qui dati sunt iudices a papa vel a legato ipsius. Arbitri dicuntur in quos partes de communi consensu compromittunt unde nullum valet arbitrium nisi sit aliqua pena vallatum. Tria sunt que impediunt aliquem esse iudicem natura lex et mores. Natura prohibet surdum mutum furiosum esse iudices. Lex prohibet excommunicatum hereticum qui non habet fidem catholicam regularem et paganum esse iudicem. Mores prohibent esse mulierem iudicem propter ipsius inconstantiam. Actor est qui agit contra aliquem in iudicio. Reus est contra quem agitur et dicitur reus non a reatu sed a re super qua agitur. Excommunicatus non potest esse actor quia non habet personam standi in iudicio per se sed per aliam personam. Testis est qui testimonium perhibet in iudicio. Multis modis prohibetur aliquis esse testis et repellitur a testimonio qui modi habentur per hos versus. Conditio sexus etas discretio fama / Et fortuna fides in testibus ista requires / Et locus et tempus conveniunt eis. Et consanguinitas pietas domestica cura / Inimicus et pauper persona nisi sit honesta. Verbi gratia si aliquis est similis conditionis non potest esse testis. Mulier non potest esse testis in causa criminali ubi agitur de furto vel homicidio. Puer non potest esse testis item nec fatuus nec furiosus nec infamis nec vitiosus nec infamis. Item nec infortunatus nec pauper quia presumitur quod corruptus per munera propter paupertatem suam sed hoc intelligitur de vilibus pauperibus et inhonestis pauper enim honestus bene potest esse testis. Infidelis id est hereticus vel paganus repellitur a testimonio. Item testis potest testari de aliquo certo loco vel tempore. Advocatus sive patronus dicitur qui causam defendit pro salario. Multa prohibent aliquem esse advocatum scilicet si est infamis vel surdus vel puer vel cecus vel mutus vel regularis canonicus monachus tamen potest esse advocatus si abbas suus imperat vel si est causa sue ecclesie. Idem est de canonico regulari. Sacerdos non potest esse advocatus nisi in causa propria sive ecclesie. Item scilicet in causa propria et in causa sue ecclesie et in causa coniuncte persone fratris vel sororis vel nepotis. Item in causa miserabilis persone id est vidue vel orphani vel claudi. Assessor est qui assidet iudici in iudicio et instruit eum si iudex est imperitus. Procurator qui de mandato domini sui unum negotium vel plura agenda suscepit. Aliquis prohibetur esse procurator nisi de causis si est miles vel excommunicatus vel puer vel mulier vel rusticus. Auditor est cui aliquis causis vel articulus audiendus vel examinandus committitur a iudice sicut est receptio testium. Hec de personis que debent consistere in iudicio dicta sufficiant. De ordine iudicii et processu

Sequitur de ordine iudicii et processu qui talis est. Reus primo citatur a iudice et ei venienti ad iudicium offertur libellus quo oblato indutie deliberandi dantur ipsi reo in quibus deliberare debet an velit contendere vel liti cedere. Finitis induciis redire debet reus ad iudicium et si non competunt ei exceptiones per quas possit declinare id est iudicium effugere tunc tenetur actori super petitione sua affirmando vel negando quod actor proponit contra ipsum et affirmatio vel negatio rei dicitur litis contestatio. Lite contestata prestandum est iuramentum calumpnie a partibus prestito iuramento tali partes scilicet actor et reus intelligentur super predicto puncto

a iudice. Deinde partes debent producere testes et instrumenta ad probandam intentionem suam. Post hec
publicanda sunt dicta testium in medio partibus presentibus super quibus duo disputabunt. Hiis omnibus
premissis cum iudex fuit instructus de meritis cause debet eam per diffinitivam sententiam et contra
sententiam si iniqua fuerit potest appellari. Predictus processus iudicii tenetur per hos versus.
Primo reus iudex citat et post libellus illi fertur. Et medio dant de re petita lis contestatur.
Iurarunt testes ac instrumenta sequentur. Producti manifestantur super hiis placitetur. Post
hec sententia diffinitiva detur. Tunc mala fuit dicta appellato parti.
Primo videndum est de citatione. Citatio est alicuius advocatio ad iudicium et est principium
et fundamentum cause. Ita quod per ipsam causa dicitur incepta secundum ius canonicum. Unde si iudex citat
aliquem et ille citatus pendente citatione transferat se ad aliam iurisdictionem id est ad iudicium alterius
iudicis propter hoc non potest declinare id est effugere iudicium primi iudicis quia preventus per citationem.
Secundo quod citatio debet fieri tribus edictis quarum quodlibet continet quatuor dies vel quod melius
est potest fieri una peremptoria ita quod reus citetur prima fronte peremptorie. Et notandum
est quod si iudex delegatus ut qui datus est a papa vel a legato citet aliquem in citatione debet
inserere auctoritatem pape vel legati hunc modum. H. dei gratia decanus ecclesie .. Iudex unicus a domino
papa delegatus vel constitutus .. Salutem in domino. Litteras domini pape recepimus in hec. Alexander episcopus
servus servorum dei dilecto filio .. decano ecclesie .. Salutem etc. Sua nobis H. civis .. conquestione
monstravit quod B. miles de .. loco et quidam alii clerici et layci super terris debitis possessionibus
et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideo discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus partibus advocatis
causam audias et appellatione remota usuris cessantibus debito fine decidas faciens quod decreveris
per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore
subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome
v kl. aprilis pontificatus nostri anno primo. Huius igitur mandati auctoritate mandamus vobis quatenus prefatum B. militem
ad instantiam prefati civis peremptorie ut die .. mensis .. coram nobis in .. loco compareat H. civi .. legitime
responsurus. Datum .. loco etc. Post hec sciendum est quod iudex non potest nec debet aliquem citare tempore
feriato. Sunt autem triplices ferie sollempnes rustice et repentine. Sollempnes ferie dicuntur que
introducte sunt ob reverentiam dei et sanctorum ut dominica dies et apostolorum et aliorum sanctorum quos clerus et
populus solet celebrare. In hiis feriis sollempnibus non valet citatio facta a iudice nec processus iudicii
habitus nec sententia lata etiam si iudex procedet vel sententiam ferret in hiis feriis de consensu partium. Rustice
ferie dicuntur que introducte propter utilitatem hominum ut est tempus messium et vindemiarum tunc enim
conquiescere debet omnis strepitus iudicii tunc si de consensu partium fieret iudex potest citare et procedere in ea
in hiis feriis rusticis. Repentine ferie dicuntur quas aliquis princeps introducit propter diem na-
tivitatis sue vel quia natus tunc fuit sibi unus filius vel habuit victoriam ab hostibus
suis vel propter aliam causam et hee ferie repentine quasi in usu non sunt. Sequitur de contumacia. De contumacia partium
Reus citatus a iudice compareat vel non. Si non comparet et contumaciter se absentat
excommunicandus est propter contumaciam. Iudex qui eum excommunicat scribit sic. H. dei gratia
decanus ecclesie .. Iudex unicus a domino papa constitutus .. Salutem in domino. Cum H. miles peremptorie
ut citatus a nobis ad instantiam .. civis .. non posset vel per alium debite sibi prefixo comparere curavit
contumaciter reputamus eundem. Tunc vobis mandamus quatenus eundem .. singulis diebus dominicis et
festivis in ecclesia vestra publice in ea ecclesia excommunicatum ab omnibus arctius evitandum. Si non reus
citatus comparet et si comparuit ea exceptiones oportet excipere. Unde videndum est quid sit exceptio
et quot sunt species exceptionis. Exceptio est actionis exclusio vel exclusio. Est enim exceptio ista

defensio per quam reus se intendit defendere. Exceptionum due sunt species: quedam dilatoria, quedam peremptoria. Dilatoria est que processum differt et impedit causam. Dilatoria exceptio quandoque proponitur contra iudicem, quandoque contra iurisdictionem eius, quandoque contra actorem et procuratorem actoris, quandoque contra tempus quo aliquis citatus est. Contra iudicem excipiet reus sic dicens: Domine iudex, non potestis esse meus iudex quia estis similis condicionis vel infamis vel cognatus vel suspectus tali racione eo quod estis inimicus meus vel consanguineus adversarii mei sicut supius dixi. Contra actorem excipiat reus dicens: Vos non potestis esse actor, quia estis excommunicatus, non habetis personam standi in iudicio. Eodem modo excipiat reus contra procuratorem actoris quod sit excommunicatus. Contra iurisdictionem iudicis excipiat reus dicens: Domine, non potestis me citare quia non sum de foro vestro, cum ego sim de diocesi Culmensi et vos sitis iudex Ladien. Hec exceptio valet contra iudicem ordinarium, contra iudicem delegatum a papa non valet, quia ille eciam potest citare aliquem de alia diocesi. Sic eciam excipiat reus: non potui hoc tempore citari quia feriatum fuit. Unde peto quod condempnetis adversarium meum in expensis quas feci. Exceptio peremptoria est que probata perimit causam et intencionem, verbi gracia ut si dicat reus ad actorem: Tu petis a me x marcas quas debebam tibi solvere, sed tu remisisti michi debitum vel fecisti in pactum de non petendo, id est quod non petes a me debitum. Hoc facto reus absolvetur ab instancia iudicii et actori imponetur perpetuum silencium.

De libello quomodo sit offerendus

Videndum est quid sit libellus et quomodo sit offerendus. Si reo citato et veniente ad iudicium non competunt exceptiones predicte, respondere tenetur actori, sed primo certificandus super quo impetitur ab actore. Unde offerri debet ei libellus in quo certificandus est, ut dicunt canones et decreta. Offeratur enim libellus ei qui ad iudicium est vocatus et x dies gaudeat induciis in quibus deliberet an velit contendere vel liti cedere. Videndum est ergo quid sit libellus et quomodo sit offerendus et quomodo formandus. Libellus convencionalis est scriptura continens personam iudicis et nomen rei et nomen actoris et rem que petitur et causam petendi. Et sic formatur: Domine iudex, ego H. civis .. mutuavi B militi domino de .. loco x marcas puri argenti quas ipse michi solvere promisit in festo pasche proxime transacto, quod adhuc minime fecit. Peto quod ipsum ad solucionem dicte pecunie compellatis. Hoc peto salvo michi beneficio addendi, minuendi, declarandi et informandi protestor. Et michi expensas fore solvendas factas tam in lite quam extra litem et adhuc faciendas. Et nota quod de libello convencionali quod proprie reus convenitur ab actore et debet hunc libellum actor offerre iudici et iudex offerat eum reo. Quo oblato iudex debet reo dare inducias deliberandi in quibus deliberet an velit liti cedere vel contendere. Et notandum quod libellus non debet esse obscurus. Si obscurus fuerit, reus petat sibi declarari, verbi gracia ut si petat actor x marcas, reus petit sibi declarari cuius monete sint. Item si actor petit agrum vel vineam, reus faciat sibi declarari quomodo sit ille ager et ubi sit situs. Item precipue notandum est que sit causa petendi, id est qualem rem petat actor a reo exprimendum est ut predictum est: quod si actor petat tale agrum vel domum vel aliam rem a reo, ipse debet exprimere causam quare petit ab eo, verbi gracia: Domine iudex, ego H. civis .. propono contra militem quod B miles agrum quendam in .. loco situm violenter occupat et detinet, qui michi hereditario vel tytulo empcionis ad me spectat. Quare peto quatenus predictum B ad restitucionem predicti agri cum fructibus inde perceptis compellatis. Ecce in hoc libello exprimitur causa petendi per hoc quod dicit qui michi hereditario vel tytulo empcionis ad me spectat. Et hec de libello convencionali et de induciis breviter dicta sufficiant.

Ad reddendum libello

Finitis induciis deliberandi, partes, id est actor et reus, ad iudicium redeunt et reus libello dicet sic: Domine iudex, hoc quod petit actor a me vel proponit contra me nego ita esse vel confiteor esse verum. Et nota quod huiusmodi negacio vel affirmacio rei vocatur litis contestacio. Unde sic diffinitur: litis contestacio est principalis negocii, id est cause, apud suum iudicem hinc inde facta narracio. Fit enim litis contestacio per narracionem actoris proposita et per contradiccionem rei opposita, ut si dicat actor ad reum: Tu debes michi x marcas, et reus dicat: non debeo, ecce per hec verba lis est contestata. Et nota quod omnes dilatorie exceptiones debent

sicut supra dictum est et precipue iudicis recusacio debent proponi a reo ante litis contestationem post lite con-
testata non possunt proponi nec audiri. tunc reus si vult ipsas proponere ¶ Unde si reus vult excipere
contra ipsum actorem de procuratore actoris vel contra rescriptum id est contra litteras papales vel alias quascumque
debet hoc facere ante litem contestatam et maxime in principio litis debet excipere contra personam iudicis
si sibi suspectus est et debet ipsum recusare tamquam sibi suspectum ante lite contestata quia postea ipsum
recusare non potest ¶ Item nota quod si reus vult reconvenire actorem super alia re debet hoc facere ante litem
contestatam postea non potest nisi causa actoris sit prius finita ¶ Unde quando actor offert libellum
reo ad conveniendum eum reus si vult convenire actorem id est reagere in ipsum debet statim afferre libellum
suum actori ad reconveniendum eum Et hec de litis contestatione dicta sufficiant De iuramento calumpnie

De iuramento calumpnie

Lite sic contestata ut dictum est actor et reus statim iurare debent de calumpnia et hoc vocatur
iuramentum cum aliquis iurat quod bona fide et sine dolo agat vel videat agat si actor est
videat si reus est Et est calumpnia falsa petitio vel actio Et causa de iuramentum calumpnie sub inde-
vitande. Unde finis est iuramenti calumpnie evitande quia partes debent vitare calumpniam id est iniustam
actionem ut dictum est. Et iuramentum immediate prestari debet post lite contestata. Forma huius iura-
ti talis est Actor iurabit quod credat se habere iustam causam. similiter reus idem iurabit. Item utrumque
iurabit quod quod a iudice interrogatus non negabit dicere veritatem nec utetur scienter falsa probatione nec
petat falsa dilationem id est inducias pro eo quod causam protrahat. Item utrumque iurabit id est actor et reus quod non
dedit nec dabit nec promisit nec promittet aliquid pro hac causa ut ferat sententiam pro eo Et sic iurando
ponet manum super librum Et sunt v capitula in iuramento calumpnie sicut supra dictum est. Primum est
quod credat scilicet actor et reus se bona et iusta causam habere Secundum est iurare quod veritatem confitebuntur
cum fuerint interrogati Tercium est scienter non uti falsa probatione Quartum est maliciose non petere
dilationem Quintum est nil dare alicui nec promittere ob ipsam causam nisi illis quibus a lege promittitur.
Item hec forma iurandi de calumpnia habetur hiis versibus continentibus quinque articulos seu
capitula. Illud iuretur quod lis sibi iusta videtur Et si queretur verum non inficietur. Nil promittetur
nec falsa probacio detur Ut lis tardetur dilacio nulla petetur. Si actor noluerit iurare hec erit pena
eius quod cadat in causa id est non potest agere Pena vero rei nolentis iurare iurare erit ut pro confesso habeatur id est
ut ita putetur ac si confessus fuisset. hoc iuramentum ideo inventum est ut homines metu huius
iuramenti non facile intrent nisi credunt se habere iustam causam Et hec de iuramento calumpnie breviter
dicta sufficiant

Interrogationes fiende post litem contestatam

Postquam prestatum est iuramentum calumpnie a partibus ut dictum est interrogande sunt partes et debent
advocati partium formare illas interrogationes ut hic. Advocatus actoris rogabit iudicem quod interro-
get quo iure reus possideat talem rem super qua lis vertitur Si reus interrogatus videat quod iure
hereditario possideat talem rem. interrogetur amplius quis ille fuerit cui successit in tali re tamquam
heres Item si reus viderit quod titulo emptionis possideat talem agrum vel vineam interrogetur a quo
emit et quanto precio et ubi et coram quibus et pro qua moneta. et omnes responsiones eius scribende sunt ab
advocato actoris Similiter advocatus rei dicat iudici quod interroget actorem quo iure petat talem
agrum vel vineam a reo Si actor videt quod titulo emptionis vel donationis talem rem petat et debent
quidquid videat actor ad interrogata scribendum est ab advocato rei Quidquid autem reus confessus fuit in
iudicio quod est conscriptum quod convicto habetur Si vero reus negaverit quod actor affirmat actori incum-
bit probatio. Notandum quod multa sunt inicia ad hoc quod alicui noceat sua confessio que habentur in hiis
versibus Maior sponte sciens contra se iure fit et hostis Certum natura favor lis ius ne repugnet
Maior ideo dicitur quia si quis infra xxv annos aliquid confessus fuerit contra se ipsum non preiudicat
ei. Sponte ideo dicitur quia confessio per metum extorta non nocet. quia contra sit causa metus non est ratum
unde illud Non stant federa facta metu Sciens ideo dicitur quia si aliquis per errorem confessus fuit contra
se ipsum et probat se errare non nocet ei Contra se ideo dicitur quia si aliquis credat alicui confitenti contra se sed non
se ipsum et probat se errare non nocet ei. Iure ideo dicitur quia confessio facta in iure id est in iudicio coram suo iudice non nocet extra iudicium
confitenti posse. Ius ideo dicitur quia confessio facta in iure id est in iudicio coram suo iudice non nocet ext. iudicium
id est non coram suo iudice non nocet. Hostis ideo dicitur quia absente hoste suo id est adversario suo vel eius procuratore

no valet confessio nec nocet confitenti Certum ideo dicitur quod si ille qui confitetur non dat certam
rationem sed incertam et obscuram de re aliqua vel quantitate rei non valet sua confessio Nata
ideo dicitur quod si aliquis illud peteret quod est contra naturam verbi gratia ut si aliquis diceret illum esse
filium suum qui est senior eo decem annis Item si diceret illum fratrem suum qui est maioris
senior ideo dicitur quod si notabilis persona per errorem vel simplicitatem suam confitetur dummodo
probet contrarium confessio talis non nocet ei et hoc in fauorem libertatis quia libertas est valde
fauorabilis res Ius bene ne repugnat ideo dicitur quod ius non patitur quod iudeus habeat christianum
seruum vel christianam vxorem quia ista compositionem patet confessio versus Nota est etiam
quod interrogationes parte non solent semper fieri inter viros locorum sed saepius omittuntur ab
aduocatis Et hec de interrogationibus responsionibus et confessionibus dicta sufficiant De testibus
Videndum est quid sit iuris cum reus interrogatus in iudicio confitetur et exceptionibus quae pertinent
Consequenter videndum est quid sit iuris cum reus negat quod actor proponit contra ipsum verbi gratia si actor
petat agrum quem dicit esse suum reus negat illum esse actoris Actori incumbit probatio id est probare
debet quod ille ager sit suus quem petit Videndum est ergo quid sit probatio et quot sint species probationis
Probatio est ut diffinit Tractatus ratio rei dubie faciens fidem quod argumentum
et dicitur probatio ab adverbio probe quia qui probat quod dicit probe agit Septem sunt species probationis
scilicet per euidentiam facti per aspectum corporis per famam per iuramenti dilationem per testes per instrumenta
per presumptionem verbi gratia Si aliquis clericus habet vxorem in domo sua probatur per facti euidentiam quod
sit incontinens Item per aspectum corporis probatur aliquid ut si aliqua dicat se violenter esse corruptam
a viro et mulieres per aspectum illius instrumenti probant eam esse virginem Item per famam
probatur aliquid cum fama vicine vel vicinorum in aliqua parte concordat dicens ita esse Item per
presumptionem probatur aliquid cum violenter presumitur de aliquo facto ut puta si videtur solus cum
sola nudus nudus cum nuda presumitur quod eam carnaliter cognouit Multe sunt species presumptionis
Est enim quedam presumptio temeraria quedam probabilis quedam violenta quedam iniqua Pre-
sumptio temeraria insufficiens est et repellitur a iure et non debet mouere animum iudicis verbi gratia ut
si video virum secrete loquentem cum muliere non debeo presumere quod propterea soliciret eam sed presumo teme-
raria est presumptio Presumptio probabilis est que surgit ex suspicione et fama sed iudex non debet
eam sequi ita quod per eam sententiam faciat contra aliquem Presumptio violenta est que sur-
git ex rebus veris similibus verbi gratia ut si creditor restituat debitori pignora sua presumitur quod
ei debita sint persoluta et hec suspicio inducit iudicem ad sententiandum nisi probetur contrarium illi presump-
tioni Presumptio iniqua est si aliqua mulier sponte per aliquod tempus longum cohabitabat alicui viro
et quod dicat postea inuita nupserit ei non est presumendum de filiis idem est iudicium Per
iuramenti dilationem etiam fit probatio cum vnus parte defert alteri iuramentum id est ut iuret quod aliquid
ita sit vel ita non sit Per testes etiam aliquid probatur et hec probatio maxime valet Et
non quod omnes possint esse testes exceptis quibusdam qui prohibentur scilicet seruus mulier puer minor
xiv annorum et indiscretus siue fatuus et infamis pauper inhonestus hereticus gentilis Iu-
deus et consanguinei inter se id est quod se testari non possunt et serui et ancille pro dominis suis ferre non
possunt testimonium nec laycus contra clericum et hec omnia habentur per hos versus Hec a testando quosdam
prohibere videntur Conditio sexus etas discretio fama Et clerus et laycus a se fugat et vtilitas
Et consanguinitas pariterque domestica cura Infidus et pauper persona nisi sit honesta multa necat
illum qui postulat ut furiosum Omnibus vel certum clamorem puerorum mulierem Infamem monachum
Prius nisi iusserit abbas Si sit et certe sit probatum nisi ipse et per conuictus aut actor inspicio ue

prohibetur alii speciales

Hiis habitis notandum est quod in qualibet causa duo testes ydonei sufficiunt et hoc est verum quod dicit Johannes evangelista quod in ore duorum vel trium stat omne verbum sive testimonium. Unde testimonium unius non valet nec sufficit in causa. Notandum etiam quod testes non sunt introducendi ad iudicium nisi post litem contestatam. Item notandum quod testes debent iurare quia non creditur testibus nisi iuratis. Et hec erit forma iurandi scilicet quod ipsi testes dicant veritatem et nullam inponant falsitatem de hiis super quibus introducuntur quotiens interrogati fuerint a iudice et quod non inveniant propter aliquod precium vel pro amicicia vel odio vel aliquo lucro quod inde habuerint vel habituri sunt. Postquam sic testes iuraverint ducat iudex ipsos in locum secretum et examinabit singulos et quemlibet per se ita quod unus non audiat alium et singulorum dicta scribat vel scribi faciat. Iudex autem interrogabit singulos testes utrum sint in tali loco vel facto et si dicat quod sic querat iudex in quo loco hoc acciderit et in qua die et in qua parte anni et quot anni sunt transacti et coram quibus hoc factum fuerit. De hiis et aliis circumstanciis interrogabit iudex singulos testes. Ut autem scilicet nomina testium: H. interrogatus super causa que vertitur inter Petrum et Paulum iuratus sic dicit quod Petrus emit talem vineam a Paulo pro x marcis valencium monete et sunt tres anni transacti quod emit coram A et B [illegible]. Interrogatus qua hora diei emerit dicit quod in meridie. Interrogatus si ipse interfuerit dicit quod sic et sic de aliis circumstanciis potest iudex querere si placuerit sibi. Similiter interrogandus est alius testis et alii si plures sint et quidquid unusquisque eorum dixerit scribendum est sicut de primo teste. Dictis testium sic scriptis iudex debet prefigere diem partibus ad publicandum id est ad manifestandum dicta, quo die adveniente publicantur id est leguntur dicta testium utraque parte in iudicio presente, quia regula est quod publicaciones testium debent fieri utraque parte presente. Factis istis publicacionibus et recitatis dictis testium in iudicio reus petat vel advocatus ipsius ut detur sibi copia attestacionum id est testimoniorum. Petat etiam advocatus rei vel ipse reus a iudice ut prefigat sibi terminum ad excipiendum in personas et in dicta testium productorum contra ipsum a parte actoris. Et sic excipiat dicens: domine iudex dico quod talis non potest esse testis quia est frater vel filius fratris actoris vel consanguineus vel affinis eius vel quia est servus vel mulier vel puer vel furiosus vel infamis vel potest simoniacus vel fur vel latro vel homicida vel periurus. Huiusmodi excepciones dicuntur personales quia obtinentur in personas testium et habentur per hos versus: Condicio sexus etc. ut supra. Contra dicta testium sic excipiat reus vel advocatus ipsius dicens: domine iudex dico vobis quod testimonium talis non valet quia talis testis a tali discordat in loco vel in tempore quia unus dicit quod hoc factum fuit in choro et alter in ecclesia. Item unus dicit quod in die dominico actum fuit, alter quod in feria quarta. Unde dico quod testimonium tale non valet propter diversitatem loci vel temporis. Igitur cum actor non probet intencionem per testes quas ipse induxit, peto quod me ab impeticione ipsius absolvatis et eidem perpetuum silencium imponatis. Et hec de testibus et excepcionibus contra partes dicta sufficiant.

De litteris et instrumentis

Sequitur de specie probacionis que fit per instrumenta et de excepcionibus contra ipsa instrumenta. Et videndum est: Instrumentum. Instrumentum est scriptura facta ad probacionem alicuius rei, et dicitur instrumentum eo quod instruit. Instrumentorum due sunt species: aliud est publicum, aliud privatum. Publicum instrumentum est quod publicam habet auctoritatem. Et sunt species ipsius plures. Nam uno modo dicitur quod per publicam manum scriptum id est per manum tabellionis id est notarii publici. Secundo modo dicitur publicum instrumentum quod sigillatum sigillo autentico est sicut episcopi vel abbatis vel alicuius magne persone. Tercio modo dicitur publicum instrumentum quod ante iudicis auctoritatem est. Quarto modo dicitur publicum instrumentum eo quod in iudicio scribitur. Quinto modo dicitur publicum instrumentum quod habet subscripcionem duorum vel trium testium [illegible]. Sexto modo dicitur publicum instrumentum quod de publico armario producitur ut est liber censualis id est in quo scribuntur census vel redditus

Privatum instrumentum est quod aliquis tantum sibi facit vel alii tantum vel sibi et aliis simul. Et
notandum quod si utraque pars habet instrumentum per quod aliquid probare intendit debet exhibere in publicatione
testium et si una pars voluerit inspicere aut transcribere instrumentum sine privilegio alterius partis copia
inspiciendi vel transscribendi dabitur ei. Et postquam transcriptum vel inspectum fuerit ab adversario
instrumentum reddetur parti cuius est. Multis modis corrumpi potest instrumentum contra filum, contra stilum, contra
bullam et hoc maxime locum habet in litteris papalibus. Ubi littera, bulla, stilus manus, altera ratio filum
hec faciunt scriptum domini pape viciosum. Iste contra instrumentum corrumpitur si inspectum fuerit ab cognitato
tunc enim non valet. Item si rasura est in aliqua parte non valet, rasura enim suspecta est.
Postquam publicata sunt dicta testium et exhibita instrumenta et utrique parti ad inspiciendum sive ad
rescribendum concessa et postquam allegationes facte sunt ab advocatis partium sive ab ipsis partibus
iudex debet motum animi sui informare secundum dicta testium et instrumenta et maxime secundum allegationes
et rationes advocatorum. Demum cum ipse iudex plenissime discusserit veritatem debet ipsum negotium
declarare per diffinitivam sententiam. Quia diffinitiva est iudicium. Sententia diffinitiva sic [illegible] — *Iurisdictio sententie diffinitive*
Sententia est iudicialis diffinitio que in controversiis id est litibus finem imponit promulgatorem
iudicis condempnationem vel absolutionem continens. Sententie iudicialis due sunt species prima — *diffinitiva*
est diffinitiva alia est interlocutoria. Est autem interlocutoria sententia que profertur inter principium — *interlocutoria*
et finem cause non super principali sed super emergentibus id est incidentibus quibusdam ut super libello offerendo
vel corrigendo vel dando dilacionem vel prorogando et super similibus. Diffinitiva sententia est
que principale negotium terminat continens absolutionem vel condempnationem. Nota quod sententia ferenda
est a suo iudice quia si non fertur a suo iudice non valet nec tenet. Item nota quod iudex
sedendo non stando et in loco consueto ubi in iudicio sedere solet debet ferre sententiam vel in alio
loco honesto non in lupanari vel in coquina et debet eam ferre utraque parte presente vel alia parte per co-
tumaciam absente. Item notandum est quod sententia iudicialis in scriptis redigenda est vel profenda
aliter non potest habere nomen sententie. Sententia sic formanda est in scriptis. Ego H. decanus ecclesie ..
iudex specialiter in causa que vertitur inter A.. ex una et B.. parte ex altera super tali vinea auditis
allegationibus hinc inde propositis et aliis consummatis ad plenum dicte cause initis prudentum virorum
consilio absolvo A.. ab instancia B.. predicta auctoritate mea eidem B perpetuum silentium imponendo
super tali vinea condempno ipsum B predicta auctoritate iudiciali in expensis quas fecit pro ista lite predicta
et post litem lata est sententia in [illegible] claustro anno domini M° etc. Et hec de sententia iudicis dicta sufficiant
Sequitur de appellatione. Appellatio est provocatio facta a minore iudice ad maiorem de — *Appellatio quid sit*
super iniqua sententia vel iniquo gravamine. Si enim iudex male sententiat et inique *appellacione*
gravat aliquam partem illa pars gravata appellare debet se ad superiorem maiorem iudicem super tali
sententia vel tali gravamine. Notandum quod a minori iudice ad maiorem appellandum est ut ab
episcopo Leodiensi ad metropolitanum id est ad archiepiscopum Coloniensem et non econverso. Item notandum
quod gradatim appellandum est ut ab episcopo ad metropolitanum et a metropolitano ad legatum
Romane sedis, de legato ad papam sed omni medio obmisso id est inmediate ab omni iudice etc.
appellari potest ad papam. Item nota quod a die date sententie id est in qua lata est sententia a iudice
infra decimam id est infra decem dies appellandum est. Quia post decem dies nemo auditur appellans
nec appellatio facta valet. Et notandum quod qui appellat debet prosequi appellationem suam infra annum vel
si infra eam vel impedimentum intervenerit ut infirmitas vel captivitas indulgetur appellanti
biennium. Item notandum quod in scriptis appellandum est sub hac forma. Ego P. sentiens me
gravatum a vestra sententia domine decane ecclesie .. qua contra me iniustis probationibus super vinea ad sedem apostolicam
vel ad dominum apostolicum appello et apostolos instanter peto. Nota quod apostoli dicuntur littere dimissorie et formantur — *De apostolis*

sub tali forma Sanctissimo dno ac patri suo .. sancte Rom sedis summo pontifici h humilis decan
ecclie .. licet indignus cum debita reuerencia subiectionem in omnibus filialem S. V. notum facio
quod p. clericus .. partem exhibitor a sententia quam contra ipsum talis p. V. tunc .. super vinea super qua
lis inter ipsos vertebatur coram me appellante Idcirco dictam p. a iudicio meo dimissum et abso-
lutum ad S. V. curiam cum litteris presentibus transmitto Vel potest fieri sic et melius Sanctissimo
in xpo patri ac dno dno .. diuina prouidencia sacrosancte Romane ecclie summo pontifici Joh ..
de .. corpus ecclie .. et Officialis .. cum recomendacione sui humilimi deuota pedum oscula
beatorum Ad S. V. audienciam perducimus per presentes quod cum inter h vertitur inter prouidum virum ..
Cune .. actore ex vna et discretum clericum .. dioc .. reum parte ex altera . datum dno iuris
ordine obseruato usque ad calculum diffinitiue sentencie processissem ipsamque tulissem hunc in modum sub tenore
In nomine xpi amen Nos prudens coram honorabili viro dno .. preposito ecclie .. et prouide officiali .. magistro p.
Cune .. actore ex vna necnon Jo clericum .. dioc reum parte ex altera super libello infrascripto sumus
coarta mia comis cuius tenor sequitur sub hac forma Coram vobis honorabili viro dno .. preposito
ecclie .. et officiali .. procurator et procuratorio nomine ex. cuius .. Jo clericum dioc .. et quibuslibet
persona pro legitime interueniente in iure proponit et dicit quod licet ante aliquos annos predictus
ex. dictus memoratus Jo .. et .. et .. esset in octo marcis currentis monete racione obligati
fideiussisset pro dicto Jo dictus .. et .. prememoratis viris marcis in certo termino persoluendis promisit
quod dictus Jo fide data predicta per interposicionem suam et ad soluendum dampna et interesse que ipsum
preter predictam fideiussionem contingerit incurrere quouismodo Et dum in termino solucionis dictus
Jo predictam pecuniam non solueret / compulsus est dictus p. dictam pecuniam recipere sub dampnis
et eam soluere .. et .. memorato / recepit quod pecuniam super dampnis eo pacto quod si in certo
tio non solueret pecuniam principalem extunc dampnum in marcis incurrisse se nosceret incurrisse, quo tio
adueniente dum soluere non haberet / compulsus est soluere / dampnum quatuor marcas / quo soluto statutum
est sibi iterum terminus ut pecuniam principalem solueret . alioquin dampnum in marcis nosceret iterum
se incurrisse . quo tio dum iterum soluere non haberet compulsus est iterum soluere dampnum in marcis /
stante pecunia principali obligato uno panno valente unam marcam sub pacto / quod si iterum in termino
pecuniam principalem non solueret predictus pannus pro perdito haberetur . Re quibus omnibus dictus Jo
monitus predictam pecuniam cum dampnis et interesse dicto p. soluere contradicit . petit igitur procurator
quo supra nomine per vos et vestram diffinitiuam sententiam pronunciari decerni et declarari predictum p.
ex memorato Jo racione fideiussionis viri marcas persoluisse et preter predictam solucionem
dampnum in marcis incurrisse Jo quod predictum fide data promisisse interposicione sua p. et soluere
dampna et interesse, ipsum quod Jo. ab hoc memorato p. ad solucionem viri marcas racione
fideiussionis necnon dampnorum et interesse et racione fidei dacionis teneri et esse racionabiliter obligatum /
se predictum Jo ad dacionem et solucionem octo marcas racione fideiussionis et in marcas nunc predicti
dampnorum et interesse racione fideidacionis dicto p. faciendam condempnari et compelli condempnandum
et compellendum fore datum et alias insuper et de premissis fieri quod iustum fuerit et eciam racionis predicta dicit et petit
modo forma iure et causa melioribus quibus potest saluo iure addendi minuendi corrigendi declarandi
ceteris iuris beneficiis sibi saluis Petit eciam litis expensas factas et faciendas iudicis officium
implorando contra libellum prescriptum per partem rei excepcum fuit et contra excepciones easdem per partem actoris
inscriptis incontinenti extitit replicatum Repulsis siquidem per interlocutoriam dni .. officialis excepcionibus
supradictis , lis ad peticionem siue libellum prescriptum extitit verbo negatiuo contestata . exhibitis etiam

p(ro)quibus dam po(s)itionibus pro p(ar)te actoris (et) ad eas dem fact(is) r(es)p(on)sionibus Inductis etia(m) sup(er) negat(is) positionibus nonnullis testibus q(ui)bus rite (com)parantibus (et) eo(rum) d(i)c(t)is sollempnit(er) publicatis per nos .. p(re)p(osi)tu(m) eccl(es)ie .. (et) p(er) nu(n)c officio(?) .. p(ro)curator rei ad (com)p(ar)ienda(m) (contra) eo(rum)dem testiu(m) d(i)c(t)a t(er)m(inu)m p(er)emptoriu(m) (com)petente(m) .. q(uo)d (contra) d(i)c(t)a testiu(m) in ip(s)o t(er)mi(n)o (com)ponere no(n) fuiss(et) nos cu(m) p(ro)curatore p(re)d(ic)to d(ic)ta(rum) p(ar)tiu(m) concludi petentiu(m) (et) etia(m) concludentiu(m) in p(rese)nti causa conclusimus (et) p(ro) concluso habuimus hodiernu(m) die(m) nobis ad p(ro)ferendu(m) (et) p(ar)tibus ad audiendu(m) diffinitiva(m) s(ente)n(ti)a(m) p(er)e(m)pt(orie) statuentes Unde igit(ur) actis in p(re)d(ic)ta ca(usa) attentis (et) deliberac(i)o(n)e p(re)habita diligenti p(ro)ut (con)venit vidimus (et) vidi(mus) p(ro)curatoribus in n(ost)ra p(rese)ntia constitutis (et) s(ente)n(ti)am fieri petentib(us) pro tribunali sedent(es) (et) solu(m) deum habent(es) p(re) oculis eius nomine invocato diffinitive p(ro)nunciamus decernimus (et) declaramus p(er) p(rese)nte(m) Jo(hannem) p(ro) b(?) m(arcis) fideiussisse p(ro) ip(s)o Jo(hanne) d(?)ictas b(?) marcas .. (et) .. rone d(ic)te fideiussionis persolvisse Jo(hannem) q(uo)q(ue) ad d(ic)ta(m) (et) solucione(m) d(ic)ta(rum) b(?) marca(rum) p(re)fato p(er)sone teneri (et) ex r(ati)o(n)abili obligatu(m) Jo(hannem) q(uo)q(ue) d(ic)tu(m) ad solvendu(m) d(ic)tas octo marcas p(re)fato p(er) compellendu(m) fore q(ua)m etia(m) compellimus (et) condempnamus in b(?) marcas s(ente)n(ti)aliter in his scriptis p(re)fatu(m) Jo(hannem) in moderatis litis expen(sis) .. condempnant(es) qua(rum) taxacione(m) nobis (et) posterius r(e)s(er)vamus a qua q(ui)dem s(ente)n(ti)a mox lata in iudicio (et) ap(u)d acta p(er) p(ro)curat(orem) d(ic)ti Jo(hannis) .. dioc(esis) ad audienciam s(an)c(tis)sime v(est)re extitit appellatu(m) (et) ap(osto)li postulati (et) petiti Cu(m) appellac(i)o(n)i ad rever(endissi)mam s(an)ct(i)ssime sedis v(est)re h(abe)ntur d(e)tuli p(rese)ntes l(itte)ras d(ic)to appellanti p(ro) ap(osto)lis reverencialib(us) duxi (con)cedendas Actu(m) (et) datu(m) in .. Anno d(omi)ni (et)c(etera) In cuius rei testimo(nium) (et)c(etera) Nondu(m) q(uod) ad officiu(m) iudic(is) ad q(ue)m appellatu(m) est spectat ut confirmet vel infirmet vel corrigat s(ente)n(ti)am Hec de processu iudicij (et) ordine sub compendio d(ic)ta sufficiant Iura no(n) allegant(ur) hic s(ed) potius obmittu(n)t(ur) no(n) p(ro)pt(er) ignora(n)cia(m) doctoris s(ed) imbecillitate(m) discentiu(m) ad quo(rum) p(ro)fectu(m) h(ec) s(ummu)la scripta est q(ui)b(us) op(us) lacte est non solido cibo Om(ni)s e(ni)m magist(er) p(ro)fectu(m) doctor fidelis laudem (et) vana(m) gl(or)iam ex doctrina sua querere no(n) d(ebet) s(ed) magis p(ro)fectu(m) illo(rum) quos informat

Explicit processus seu compendiu(m) de processu iudicij (et) ordine ip(s)ius

Appellacio cont(ra) l(itte)ras ap(osto)licas

Cum app(ellati)o(n)is remediu(m) sit p(ro)pt(er) oppresso(rum) relevamine a sacris canonib(us) institutu(m) Ideo ego Jo(hannes) p(ro)curator ac p(ro)curato(r)io nomine hon(orabi)lis viri m(agist)ri N.. p(re)b(enda)ti in .. .. dioc(esis) cora(m) vob(is) d(omi)no subexecutor(e) ac not(ario) publ(ico) tamq(uam) p(er)sona auctentica anno appellando p(ro)pono (et) dico sic q(uod) cu(m) quida(m) Jo(hannes) .. (con)ducens se cl(er)icu(m) d(ic)te .. dioc(esis) etc tacita falsi suppressa veritate (et) (ex)pressa falsitate obreptitie (et) subreptitie impetravit vigore quo(rum) (et) nonnulla(rum) p(ro)cesso(rum) p(ro)cessum ind(e) subsecuto(rum) d(ic)to N.. ap(osto)lico monet (et) mone(ri) intendit (et) sic eund(em) N suo b(e)n(e)ficio ac p(ro)ventis suis p(re)sentis l(itte)ras (et) p(ro)cessus defraudare conat(ur) de facto lic(et) no(n) de iure (et) (contra) p(ro)visione (et) concessionem eid(em) N q(uo)d d(omi)n(u)m n(ost)r(u)m p(a)p(a)m fact(am) q(u)ale ego sento d(ic)tu(m) d(omi)n(u)m N. no(n) modicu(m) aggravatu(m) (et) verisim(i)l(ite)r posse in futuru(m) plus aggravari Ideo de omnipot(entis) dei mia (et) de iusticia p(re)fati N. confisus ad s(an)c(t)am sedem ap(osto)licam in dei nomine in his sc(ri)ptis p(ro)voco (et) appello subiciens d(omi)n(u)m N (et) etiam sua (et) bona (et) iura sua (et) alios quosc(um)q(ue) sibi adherentes p(ro)tectioni d(omi)ni n(ost)ri p(a)p(e) ac d(ic)tam ca(usa)m cu(m) omnib(us) (et) singulis emergent(ibus) dependent(ibus) incident(ibus) (et) connexis (et) peto h(uius)mo(d)i appellac(i)o(n)i defer(r)i si q(ui)s sit q(ui) ei defer(r)e debeat (et) ap(osto)los reverent(iales) p(ri)mo instant(er) s(ecun)do instanci(us) t(er)cio instantissime mi(hi) tradi p(ro)testando de expen(sis) (et) int(er)e(ss)e (et) salvo iure addendi minuendi interp(re)tandi p(ro)ut est mor(is) c(uri)e rom(ane)

Ad recipiendum compulsoriam

In presencia notarii publici et testium requiratur unus quicumque sit valens ad hec cum compulsoria vel
eam exequatur et iste requisitus faciat citari illos quos ipse vel pars vel eius procurator ad
hoc constitutus sibi nominavit ad presentandum et tradendum omnes et singulas litteras munimenta
etiam et beneficium ipsius ipse vel pars quolibet concernentes et concernencia ad extrahendum
et in publicam formam transsumendum et statuat eis certam horam videlicet terciarum vel vesperarum
iam pro quibus citari eciam ad dicendum ad confitendum in presencia iudicis notarii et testium si quid
sciat huiusmodi etiam et beneficium concernens et tunc notarius de mandato iudicis istam confessionem
conscribat citata tamen pars parte adversa ipsa in persona si poterit apprehendi ad eandem horam
ad videndum et audiendum istam confessionem conscribi et in publicam formam redigi. Citetur etiam pars
adversa ad eandem horam et in ipsa persona ad videndum extrahi et in publicam formam transsumi
huiusmodi litteras et munimenta necnon ad recognoscendum signa et sigilla. Si vero pars non poterit in ipsa
persona apprehendi fiat de hoc prestacio coram eodem notario et tunc citetur in domo habitacionis si non
non habet domum tunc in villis publicis vel non pateat securus accessus ad eandem tunc de hoc prestacione
facta citetur in ecclesia kathedrali et in loco beneficii ita quod si in ipsa persona non poterit apprehendi
quod tunc ad minus in duobus locis citetur. Postea adveniente hora deputata si pars adversa non
comparuerit tunc executor in eius contumacia mandat huiusmodi litteras et munimenta in publicam
formam transsumi et sigillo suo si quod habet sigillari executus sua auditori cause remittendo etc.

Procuratorium ad causas seu negocia

In nomine domini amen per presens publicum instrumentum cunctis constet evidenter quod anno domini millesimo etc.
indictione etc. pontificatus etc. in presencia etc. domini nostri domini .. divina providencia pape etc. anno etc. mensis septembris
die etc. Constituti personaliter in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia in domo capitulari ecclesie
.. venerabiles viri A B et C canonici et prebendarii eiusdem ecclesie capitulariter congregati tunc ibidem capitulum
facientes ut dicebant ac de antiquo in ecclesia predicta non revocando propterea in prescriptos procuratores suos
seu quosvis alios ad quecumque causas seu negocia actenus constitutos per procuratores confirmando venerabiles
et discretos viros D. et E. canonicos et confratres suos in ecclesia antedicta necnon Jo. de N. in Romana
curia commorantes absentes tamquam presentes coniunctim et divisim ac quemlibet ipsorum per se et in solidum
ita quod primo occupantis condicio melior non existat suos veros et legitimos fecerunt ordinaverunt et constituerunt
in quantum quanta de iure et de facto melius potuerunt ac quilibet eorum per se separatim fecit ordinavit et
constituit procuratores actores factores defensores negociorum gestores et nuncios speciales ad impetrandum
et ecclesia predicta ac nomine suo in communi et cuilibet ipsorum separatim seu divisim in sacrosancta Romana curia
litteras tam simplices quam legendas contra seu iusticiam continentes libere huiusmodi contra ipsos communiter vel
divisim impetratas seu impetrandas contradicendum in iudices et loca conveniendum consentiendum contradicendum
cautiones solitas prestandum et exponendum necnon ad comparendum per se et nomine suo tam communiter quam divisim
ac in ecclesia sua predicta coram quocumque auditore contradictorum seu iudice in dicta curia deputato
seu deputando si et quando virtute cuiuscumque citacionis iuris vel habens seu alias tenetur seu compe-
tat comparere causas allegaciones et excusaciones quascumque iuris et facti proponendum allegandum et si opus
fuerit probandum iuramentumque tam de calumpnia quam de malicia et veritate dicenda omneque aliud genus
debiti et liciti iuramenti in animas ipsorum constituencium et ipsorum cuiuslibet prestandum et iurandum. ab-
solucionis quoque seu relaxacionis beneficium a quibuscumque sentenciis excommunicacionis suspensionis seu
interdicti a quibuscumque iudicibus latis seu ferendis in forma iuris simpliciter vel omnia seu ad cautelam

petend(i) et obtinend(i) substituend(i) q(ue) et substitutu(m) ac substitutos revocand(i) procuratoris(que) officiu(m) reassumendum quotiens opus fuit et sibi videbit(ur) expedire provocand(i) et(iam) et appellad(i) provocationi et appo(siti)o(n)em causas et eam prosequend(i) usq(ue) in fine(m) litis Ceteraq(ue) omnia et sim(i)lia faci(endi) et exercend(i) ac expediend(i) que circa premissa et ea contingen(tia) necessaria fuerint seu oportun(a) et(iam) si mandatu(m) exigant speciale et que ipsi constituentes generaliter seu divisim facere posset si p(er)sonal(ite)r adessent Et volentes constituentes p(re)dicti p(re)fatos procurat(ores) suos et ipsor(um) substituend(os) ab omi rele-vare onere satisdandi promiserunt et quilibet eor(um) promisit m(ihi) notario publico infrascripto vice et nomine om(n)ium et singulor(um) quor(um) interest vel interent publice et sollempniter stipulanti et recipienti pro dictis procuratoribus suis eor(um) quolib(et) et substituend(is) ab ipsis et quolib(et) eorundem rem ratam h(abe)ri judicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus suis cl(aus)is sub ypotheca et obligatione omniu(m) bonor(um) suor(um) presenciu(m) et futuror(um) et exposuerunt ac quilib(et) eor(um) exposuit nichilominus cautiones sicut supra ut patet hic supremo scribit(ur). Sub anno etc.

Procuratoriu(m) ad causas devolutas seu devolvendas

In nomine domini amen P(er) p(rese)ns publicu(m) instrum(entu)m cunctis liqueat evidenter Quod anno ab incarnacione domini mo ccc(mo) ... et capacitatem ecclesie ... ccc. iiii Indict(ione) quinta pont(ificatus) ... d. .. pape vi anno vi die x mens(is) Aprilis in hospitio habitationis venerandi viri magistri .. de .. rector(is) ecclesie .. de .. reverendi patris domini .. Warmen(sis) epi iurisdictionis inmediate in Cimiterio ecclesie s(an)c(t)i Pauli Landunen(sis) situato in mei Not(arii) publici infrascripti et testium subscriptorum presencia personaliter constitutus Venerand(us) vir magister Adam de .. rector p(re)dictus in omnibus causis et negotiis beneficialibus personam suam vel ecclesie p(re)dicte concernentibus ad Rom(anam) Curiam et sedem ap(osto)licam devolutis seu devolvendis in futuro in quibus exercitatione vel p(er)fectione mi(chi) vel homini tenet(ur) exponere dilectos sibi in Xpo et discretos viros magistros Thoma(m) de .. Archidiaconum .. in ecclesia .. et Wilhelmum de .. presentes in Rom(ana) Curia lic(et) absentes tamq(uam) presentes suos veros et legitimos procuratores negotior(um) gestores et nuncios speciales facit constituit et ordinat Deditq(ue) et concessit dictus constituens procuratoribus suis p(re)dictis coniunctim et cuilib(et) eor(um) divisim et insolidum Ita q(uod) non sit melior condicio occupantis sed q(uod) unus eor(um) incepit quilib(et) eorundem prosequi valeat mediare et finire potestate specialem et mandatum generale et speciale in causis p(re)dictis comparendi pro se et eius nomine occupandi agendi defendendi libellos dandi et recipiendi excipiendi re-plicandi litem contestandi iuramenti de calumpnia et de veritate dicenda quotiens opus fuit in animam suam prestandi crimina et defectus obiciendi et probandi et obiectis respondendi Iudice vel Iudices in h(uius)m(od)i causis impetrandi impetratis seu impetrandis contradicendi et eos recusandi in Iudices et loca consenciendi a sinis excommunicationis suspensionis quarumcumq(ue) absolucioni seu relaxationem necnon restitutionem in integrum sententias tam diffinitivas q(uam) interlocutorias dampna et dampnor(um) estimationem ac expensas petendi et recipiendi provocandi et appellandi provocationi et appo(siti)on(em) causas prosequendi et eas debite notificandi procuratore seu procuratores loco eor(um) seu cuilib(et) eorundem substituendi et h(uius)modi substitutum vel substitutos revocandi et procuratoris officium in se reassumendi et exercendi ac omnia alia et sim(i)lia faciendi et expediendi in causis p(re)dictis et ea quomodolibet tangentibus q(ue) p(er) veros procuratores suos et legitimos fieri poterunt vel expediri et(iam) si mandatum exigant speciale vel specialius vel magis indiva fuerit

quod aliquod premissorum per eosdem vel procuratoribus suis et eorum quolibet vel ab eo substituto vel sub-
stituendis ab eis vel eorum aliquo rem ratam haberi et iudicatum solvi sub ypotheca et caucione
omnium rerum suarum promisit et exposuit cauciones. Actum sub h. presentibus

Procuratorium ad resignandum beneficium

In nomine domini amen etc. In presencia mei notarii etc. Constitutus discretus vir Jo. g. et ordinavit et fecit meliori
modo et forma quibus potuit in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus
eorum inceperit alter prosequi valeat mediare et finire suos veros et legitimos procuratores et nuncios
speciales dans et concedens eisdem plenam et liberam potestatem ad renunciandum et resignandum
in manus domini nostri pape vel alterius cui hoc fuerit specialiter commissum per ipsum dominum papam vel delega-
datum ecclesiam suam prebendam m. dicte diocesis et omne ius quod ipsi constituenti in ipsa ecclesia com-
petebat dans eciam constituens prefatis suis procuratoribus et eorum cuilibet mandatum speciale in animam ipsius
constituentis iurandum quod circa renunciacionem et resignacionem huiusmodi non intervenit fraus neque
dolus seu aliquod aliud symoniace pravitatis et quodcumque aliud licitum iuramentum prestandum
alium vel alios procuratorem seu procuratores loco eorum et cuiuslibet eorum constituendum eundem vel eosdem revocandum
et in se onus procuracionis resumendum quociens eciam ipsis vel eorum alteri videbitur expedire et nomine
omnia cetera et singula faciendum et exercendum que circa premissa vel eorum aliquod fuerint necessaria vel
oportuna ac que ut constituens quolibet requirunt etiam si aliquod mandatum exigant speciale
promittens nichilominus idem constituens in nota publico subscripto nomine meo et nomine
omnium quorum interest sollempniter stipulanti se ratum et gratum perpetuo habiturum quidquid per dictos suos procuratores
et eorum substitutos seu quemlibet ipsorum actum factum vel procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum
sub ypotheca etc.

Procuratorium ad agendum et defendendum in causis etc. vel in bona forma

In nomine domini amen. Anno domini millesimo etc. in Indictione VI die xiiii mensis augusti pontificatus sanctissimi
in Christo patris et domini nostri domini B divina providencia pape VIti anno VIo. In presencia mei notarii publici et testium
subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum venerabilis et religiosus vir frater Jo. abbas monasterii sancti
Benedicti ordinis sancti Benedicti .. diocesis fecit constituit et ordinavit suos veros et legitimos procuratores
actores factores negociorum gestores et nuncios speciales discretos viros m. et f. de .. presentes et procuracionem
ipsam sponte suscipientes et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod
unus eorum inceperit alter prosequi possit et finire in causa quam habet vel habiturus est cum R. de eisdem monasterio
mo. et in omnibus aliis suis et dicti monasterii litibus controversiis atque causis tam motis quam movendis per eum
contra aliquem seu aliquos et per aliquem seu aliquos contra ipsum et dictum monasterium coniunctim vel divisim coram quocumque iudice
vel iudicibus ecclesiastico vel seculari dato vel dando in romana curia vel alibi ubicumque ad agendum et defendendum
libellum seu libellos et quascumque peticiones alias dandum recipiendum et replicandum litem
contestandum de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animam suam prestandum
testes instrumenta litteras et quascumque probaciones alias producendum ponendum et articulandum positionibus
et articulis adverse partis respondendum crimina et defectus opponendum testes adverse partis iurari videndum ipsos
et dicta eorum dicta dicendum excepciones in diversis generibus proponendum sentenciam seu sentencias interlocutorias et diffinitivas
audiendum appellandum innovandum et notificandum appellacionem seu appellaciones prosequendum si necesse fuerit beneficium restitucionis
in integrum absolucionis simpliciter et ad cautelam tociens quociens opus fuerit petendum et obtinendum unum
vel plures procuratorem vel procuratores loco eorum vel alterius ipsorum constituendum vel substituendum ipsosque revocandum

ꝛ procuratorem ipsam in sepos vel alterum ipsorum vel eorum vel per alium seu alios quotiens eis vel eorum alteri
videbitur expedire Et generaliter ad alia omnia ꝛ singula faciendum gerendum ꝛ exercendum que in premissis circa
premissa ac premissorum quolibet fuerint oportuna etiam si mandatum exigant speciale et que veri ꝛ legitimi
procuratores actores factores ꝛ defensores facere possunt ꝛ debent ꝛ que ipsemet constituens faceret ꝛ facere posset
si premissis personaliter interesset etiam si maiora essent hiis que in presenti mandato continentur. promittens
se gratum ꝛ ratum perpetuo habiturum quidquid per dictos procuratores suos vel eorum alterum aut substitutum vel
substituendos ab eis vel eorum aliquo actum factum gestum dictum vel ordinatum fuerit in premissis vel circa
premissa aut quodlibet premissorum Et volens idem constituens dictos procuratores suos ꝛ eorum quemlibet ac substitutos
vel substituendos ab eis vel eorum aliquo ab omni satisdacionis onere relevare promisit in nostri infrascripto
vel persone publice legitime stipulanti vice ꝛ nomine dictorum .. ꝛ aliorum quorum interest vel interesse poterit
iudicio sisti ꝛ iudicatum solui cum omnibus suis clausis oportunis sub ypotheca ꝛ obligacione omnium bonorum suorum
Actum Almunde(?) etc presentibus etc

Super eodem in forma breviori

In nomine domini amen etc vel sic. discretus vir dominus R. de Roma(?) ecclesie sancti .. de dioc. suo et ecclesie sue nomine fecit
constituit ꝛ ordinavit suum verum ꝛ legitimum procuratorem actorem factorem defensorem ꝛ nuncium specialem
discretum virum B. D. .. ad agendum ꝛ defendendum libellum dandum ꝛ recipiendum excipiendum ꝛ replicandum
litem contestandum de calumpnia ꝛ veritate dicenda iurandum ꝛ prestandum in animam suam cuiuslibet generis
iuramentum testes instrumenta ꝛ literas ꝛ quascumque probaciones producendum ponendum ꝛ articulandum positionibus ꝛ articulis
adverse partis respondendum crimina ꝛ defectus opponendum allegandum ꝛ concludendum sententiam seu sententias au-
diendum Et si necesse fuerit appellandum ꝛ appellacionem seu appellaciones prosequendum beneficium restitucionis in integrum ꝛ
absolucionis simpliciter ꝛ ad cautelam quociens opus fuerit petendum ꝛ incidenter petendum ꝛ ob-
tinendum Et generaliter ad omnia ꝛ singula faciendum que veri ꝛ legitimi procuratores facere possunt ꝛ debent ꝛ que ipsemet
constituens faceret ꝛ facere posset si personaliter interesset promittens se ratum ꝛ gratum perpetuo habiturum
ꝛ firmum quidquid procuratorem actum factum gestum vel ordinatum fuerit in premissis ꝛ circa premissa ꝛ quolibet
premissorum ꝛ volens dictum procuratorem suum ab omni satisdacionis onere relevare promisit in nostri
infrascripto legitime stipulanti vice ꝛ nomine dictorum quorum interest vel interesse poterit iudicio sisti ꝛ iudicatum
solui etc vel sic in proximo

procuratorium ad presentandum literas apostolicas ꝛ ad acceptandum canonicatum ꝛ prebendam qui vacat

In nomine domini amen Anno indictione ꝛ pontificatus etc. In presentia mei notarii publici ꝛ testium subscriptorum ad hoc
vocatorum propria personaliter constitutus honorabilis vir .. Canonicus Salzeburgensis fecit constituit ꝛ ordinavit suos
veros ꝛ legitimos procuratores ꝛ nuncios speciales honorabiles ꝛ discretos viros .. ꝛ .. absentes tamquam presentes
ꝛ eorum quemlibet in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit alter eorum
prosequi mediante valeat ꝛ finire ad presentandum literas apostolicas reverendis ꝛ prestantissimis decano Canonicis ꝛ Capitulo predicte
ecclesie sancti .. dioc. .. ꝛ omnibus ꝛ singulis aliis quorum interest vel qui sua putaverint interesse ac vigore
gratie specialis sibi per dominum dominum Urbanum papam quintum facte acceptandum canonicatum ꝛ prebendam in prefata sancti .. ecclesia
vacantem vel vacaturam que sibi de iure competat vel competere possint quolibet in futurum volens tamen ipse
constituens hanc procuratorem in omni acceptacione faciendam semper habere salvam videlicet quod si dicti Canonicatus
ꝛ prebenda per ipsos procuratores suos vel eorum aliquem vel substitutos ab eis acceptati sibi de iure
non competant nec debebunt quod huiusmodi acceptacio sit nulla et quod ius salvum ꝛ illesum sibi
remaneat quo ad alios Canonicatus ꝛ prebendam quomodocumque vacaturos necnon ipsorum Canonicatus ꝛ prebende
ac iurium ꝛ pertinenciarum ipsorum collacionem provisionem ꝛ investituram ab executoribus subexecutoribus
vel aliis eorum ac corporalem possessionem petendum ꝛ recipiendum ꝛ faciendum se per dicto nomine in dicta ecclesia
sancti .. in canonicum recipi ꝛ in fratrem stallum in choro ꝛ locum in Capitulo cum plenitudine iuris canonici retinendum
ac prestandum in animam suam de observandis statutis ꝛ consuetudinibus dicte ecclesie solitum iuramentum fructus
redditus ꝛ proventus dictorum Canonicatus ꝛ prebende ac iura petendum ꝛ recipiendum quitacionem de receptis vel eius

non petendo faciendo et si opus fuerit pro premissis ad agendum et defendendum libellum seu libellos et quascumque
petitiones summarias dandum et recipiendum, litem seu lites contestandum, de calumpnia et veritate dicenda
et cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum in animam ipsius constituentis prestandum, ponendum et articulandum
et positionibus et articulis adverse partis respondendum, crimina et defectus opponendum, testes, instrumenta et quecumque
alias probationes producendum, producta contra eum impugnandum, exceptiones cuiuscumque generis ponendum, concludendum,
sententiam seu sententias fieri petendum et audiendum et ab eis et alio quolibet gravamine appellandum, apostolos
petendum, beneficium restitutionis in integrum et absolutionis simpliciter et ad cautelam totiens quotiens
opus fuerit petendum et obtinendum, et generaliter omnia alia faciendum que in premissis seu eorum aliquo
necessaria fuerint et oportuna et que veri et legitimi procuratores facere possunt et debent et que ipsemet constituens
facere posset si personaliter presens interesset, alium vel alios procuratorem seu procuratores loco ipsorum substituendum
ac eum vel eos revocandum et procurationis onus in se resumendum quotiens eis vel eorum alteri
videbitur expedire, volens quod idem constituens dictos suos procuratores et quemlibet eorundem ac substituendum
vel substituendos ab eis vel eorum altero ab omni satisdationis onere relevare, promisit michi notario
publico subscripto stipulanti vice et nomine omnium quorum interest seu interesse poterit iudicio sisti et iudicatum
solvi sub bonorum suorum omnium presentium et futurorum obligatione et ypotheca sicut etc. Et ego B. procuratorem predictorum
constitutionem allegatam subscriptis etc.

Instrumentum provisionis per birretum

In nomine domini amen etc. personaliter constitutus coram venerabili viro domino P. executore ad hoc specialiter deputato G.
asserens se prebendam vacantem .. nuper per mortem Ethel. qui extra Curiam obiit libere vacantem vigore gratie prefate
apostolice de canonicatu dicte ecclesie sub expectatione prebende sibi facte infra tempus debitum acceptasse cum protestatione
si sibi et nulli alii deberetur de iure et aliis protestationibus in talibus fieri consuetis prout in instrumento acceptationis
huiusmodi plenius continetur requisivit instanter prefatum dominum executorem sibi super hoc deputatum ut de dicta
prebenda sic acceptata providere dignaretur et tunc dictus dominus executor volens mandatum apostolicum debite de-
mandare prefata prebenda sic vacante sub protestatione in acceptatione contenta auctoritate apostolica qua fungebatur
in hac parte cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem contulit et providit
de eadem et per birreti sui traditionem investivit de eadem et in eam in quantum vigore huiusmodi gratie prefatam
prebendam sibi de iure non deberet ad aliam prebendam proxime vacaturam sibi et nulli alii de iure
debitam prout sua pertinet residuum illesum super quibus omnibus et singulis dictus G. requisivit me
notarium infrascriptum ut sibi conficerem unum vel plura eiusdem tenoris publicum seu publica instrumenta. Actum etc.

Procuratorium ad publicandum litteras apostolicas ac ad acceptandum etc.

In nomine domini etc. .. etc. constitutus etc. ad publicandum litteras apostolicas ipsius et processus decano canonicis et capitulo
ecclesie .. et omnibus et singulis aliis quorum interest vel quorum sua putaverit interesse ac vigore gratie specialis
sibi per dominum dominum Urbanum papam quintum facte acceptandum canonicatum et prebendam in prefata .. ecclesia vacantem vel
vacaturam que sibi de iure competat seu competere possint quolibet in futurum volens tamen ipse constituens
hanc protestationem in omni acceptatione facienda semper habere salvam videlicet quod si dicti canonicatus et prebenda
per procuratores suos vel eorum aliquem aut substitutos ab eis acceptati sibi de iure non competant
vel debeantur quod huiusmodi acceptatio sit nulla et quod ius salvum et illesum sibi remaneat quo ad
alios canonicatus et prebendam proxime vacaturos nomine ipsorum canonicatus et prebende ac iurium et pertinentiarum
ipsorum collationem provisionem et investituram ab executore vel executoribus vel altero eorum ac corporalem
possessionem petendum et recipiendum et faciendum se procuratorio nomine in dicta ecclesia .. in canonicum recipi et in fratrem
stallum in choro et locum in capitulo cum plenitudine iuris canonici retinendum ac prestandum in animam suam
de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie solitum iuramentum fructusque et redditus et proventus
dictorum canonicatus et prebende ac iurium petendum et recipiendum quitationem de receptis vel non petendo

faciendum Et si opus fuerit p premiss ad agendum et defendendum libellum seu libellos et quascumque
petitiones sine mas dandum et recipiendum litem seu lites contestandum de calumpnia et veritate dicenda
et cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum in animam ipsius constituentis prestandum ponendum
et articulandum positionibus et articulis adverse partis respondendum crimina et defectus opponendum
testes instrumenta et quascumque alias probationes producendum producta contra eum impugnandum exceptiones
et ceterum genus proponendum concludendum sententiam seu sententias ferri petendum et audiendum
et ab ipsis et quolibet alio gravamine appellandum appellationes prosequendum beneficium restitutionis
in integrum et absolutionis simpliciter et ad cautelam totiens quotiens fuerit petendum et obtinendum
Et generaliter ad omnia etc. Ratum etc.

Forma dispensationis

Universis et singulis presentes litteras inspecturis N. dei gratia episcopus .. Salutem in domino litteras reverendi
in Christo patris ac domini Guillelmi miseratione divina tituli sancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis
eius vero pendente sigillo more solito sigillatas nos per B. scolarem .. infrascriptum nos cum ea qua
decuit reverentia recepisse noveritis sub hac forma .. Venerabili in Christo patri .. dei gratia etc. usque ad finem
quibus litteris decenter receptis et per litteras attente Nos dicto scolari petente ad inquisitionem eorum que
in ipsis litteris nobis committebantur processimus diligenter et quia ex fidedignorum testimonio quos
super universis et singulis circumstantiis de quibus dicti predonecitate persone que in dictis litteris inseri manda
bantur Iuratos et diligenter examinatos recepimus testes ipsum non parentis incontinentie imitatorem
sed bone conversationis et vite laudabilis fore reperimus Cetera alia ad obtinendum huiusmodi dispensationis
gratiam merita suffragantur ut predicto defectu nequaquam obstante possit ad omnes ordines promoveri et bene
ficium etiam cum cura obtinere etiam si curam habeat animarum auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa in nomine
domini dispensare mir iuxta tenorem litterarum ipsarum cum eodem et presentibus dispensamus In quorum testimonium
et evidentiam pleniorem presentes litteras per notarium subscriptum fieri et publicari mandavimus et sigilli
nostri appensione iussimus communiri Datum et actum Arimini in hospitio habitationis nostre x. kl. maii
pontificatus etc. presentibus etc. ceteris

Provisio in bona forma

Johannes miseratione divina episcopus paduanus dilecto nobis in Christo B. quondam J. de .. clerico .. diocesis Salutem
in domino Exigunt tue probitatis merita super quibus apud nos fidedignorum testimonio laudabiliter commendaris
et tuo sincere devotionis affectus quem ad nos gerere dinosceris indefesse ut ad personam tuam nostre liberalitatis
et provisionis dexteram extendamus Nos igitur te meritorum tuorum intuitu prosequi volentes fa
voribus gratiosis Cum predicte ad aures nostras pervenit relatione fidedignorum Archipresbiteratum plebis
sancte Iustine de monte silicis nostre diocesis vacare ad presens per obitum quondam domini .. de .. Romane curie
advocati archipresbiteri dicte plebis Cuius quidem Archipresbiteratus provisio de iure ad nos dinoscitur
pertinere Archipresbiteratum ipsum tibi in nostra presentia constituto cum omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate
nostra conferimus et de illo etiam providemus teque per nostrum birretum de eodem archipresbiteratu investimus
Mandantes insuper Canonicis et Capitulo prefate plebis ut in virtute sancte obedientie ac omnibus aliis
et singulis ad quos pertinet te vel procuratorem tuum nomine tuo recipiant in Archipresbiterum et rectorem dicte
plebis tibique vel procuratori tuo pro te assignent stallum in choro et locum in capitulo ut moris est Cetera
ut huiusmodi provisio nostra celeriorem et suum debitum sortiatur effectum Religioso viro domino .. priori prioratus
de .. ordinis sancti .. .. diocesis vicario nostro committimus vices nostras plenarie per presentes Quatenus ipse per te
tuo vel procuratore seu requisitus fuerit recepto iuramento per eum a te vel ab ipso procuratore tuo ad hoc legitime

constituto dicti archipresbiteratus consueto iuramento et prout in ecclesia eiusdem archipresbiteratus
moris est te vel alium pro te procuratorem tuum in possessionem corporalem et realem iurium omnium
et pertinentiarum dicti archipresbiteratus ponat et inducat et defendat inductum quem in possessione
et de iure pro te et dicto vigore presentis commissionis amoto exinde quolibet illicito detentore
que ex nunc si quis est amovemus et tenore presentium denunciamus amotum facientes ex tibi
vel dicto procuratori tuo de dicti archipresbiteratus fructibus redditibus proventibus iuribus et ob-
ventionibus universis integre responderi Contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendo
In quorum omnium testimonium et cautelam has presentes litteras scribi nostrique sigilli fecimus appensione
communiri Datum etc.

Sanctissime pater et domine metuendissime devotissimus S. V. filius princeps invictissimus dominus
Rupertus Romanorum rex semper augustus ad pedes eiusdem S. V. se et sua quod est totius
orbis regimini sincerissima devotione recommendat offerens se et sua cum pura cordiali obedientia
ad singula S. V. arbitria pariter et mandata Et in primis per totius sanctissimi nominis S. V. per nos
eius ambasiatores humiles et eius devoto insinuat eius electionem canonicam celebrem et sanam
per principes electores ad quos de iure spectat huiusmodi electio unanimi concordia absque omni privato
affectu vitio aut defectu altissimo assistente feliciter consummatam deinceps ut tenetur vestro
apostolico conspectui per nos eius procuratores suos sufficienti mandato fulcitos suam exhibet personam
et per eius approbatione petitionem supplicem et instantem pro qua inducenda occurrebat michi id
sacre scripture verbum Eum constitues regem quem dominus deus elegerit deuteronomii xvii Sanctissime
pater in divinis legimus historiis quod rex regum dominus dominantium apocalypsis xix In cuius ditione cuncta
sunt posita Hester xiii cuius providentia gubernantur omnia Ad romanos xi quempiam regum quandoque despexit
quempiam regum ne regnaret abiecerit quempiam regum ut regnaret elegit quod enim quempiam regum despexit
divina pandit historia de pharaone rege egipti de quo exodi x et sequentibus capitulis legitur quod dominus cor
eius induravit quod sive exigentibus demeritis gratiam sibi non donavit Et sic rex pharao a deo despectus
incorrigibilis fuit iuxta sententiam sapientis sic dicentis Considera opera dei quod nemo possit corrigere
quem ille despexerit ecclesiastes vii Sic et legimus quod dominus dominantium quempiam regum ne regnaret
abiecerit sicut Saul cui Samuel propheta in verbo domini dixit abiecit te dominus ne sis rex Scindit enim
dominus regnum israel a te hodie et tradet illud proximo tuo meliori te i regum xv Et quia
Samuel ad quem regni unctio tunc spectabat de hoc turbatus fuit dominus ei dixit usquequo tu luges Saul
cum proiecerim eum ne regnet super israel i regum xvi Pater sanctissime sic etiam legimus in divinis historiis
quod dominus dominantium quempiam regum ut regnaret elegit ut David filium ysai historia habet primo regum
xvi ubi dominus dixit Samueli Imple cornu tuum oleo et veni ut mittam te ad ysai bethlehemitam
providi enim michi in filiis eius regem et ideo sic electo dominus dixit Elegi virum secundum cor meum
Sane pater sanctissime sacri imperii electores et ceteri almanie incliti principes absque ambiguo tenent
et constanter quod S. V. voluntatem velit per romanorum rege quempiam manum tenere consecrare vngere
aut in imperatorem coronare quem dominus deus cuius estis vicarius despexit aut abiecerit Sed
illum dumtaxat quem ipse rex regum et dominus dominantium elegit cum non sit qui eius voluntati
resistere possit hester xiii Sed cum rex regum et dominus dominantium elegit in regem romanorum dominum
Ruprechtum olim comitem palatini reni et Bavarie ducem serenissimum invictissimum atque sanctissimum

principem electo ordinetur iudicio Si enim contemplamini ornatum regnum serenissimo romanorum insignitum Cum
enim romanorum rex ceteris regibus et principibus mundi esse debeat omni virtutis decore insignitus
precipue tamen ut sepissime dixi triplex est eius ornatus videlicet Sapiencia iusticia et clemencia
ut sic in intellectu et sapiencia illustratus In affectu iusticia regulatus In affectu clemencia decoratus
Primus itaque regis romanorum est ornatus ut sit sapiencia illustratus sicut patet in legendis de rege Salomone
cui cum dominus apparuisset per sompnum dicens ei pete quod vis ut dem tibi ipse Salomon non petiit
dies multos nec divicias aut animas inimicorum sed sapiam divinam devoto desiderio legitur postulasse
quam dominus ei donavit affluenter cum diviciis et gloria magnifica hystoria e terra regum 3° de quo gratulatur in
domino dicens Super salutem et omnem pulchritudinem dilexi sapiam et proposui pro luce habere illam venerunt mihi
omnia bona pariter cum illa sapiencie vii° Revocata sponsus sapiencie cunctis regibus et principibus legem statuit
dicens Si delectamini in sedibus et sceptris o reges populi diligite sapiam sapiencie vi° Et nimirum quia
sicut legitur rex sapiens stabilimentum populi est unde contra sapiencie vi° Et quia rex insipiens perdet populum
suum Secundus regis romanorum ornatus ut sit iusticia regulatus rex enim iustus erigit terram
proverbiorum xxix° Rex iustus omnem dissipat maliciam Cum enim rex sedet in solio iudicii dissipat omne
malum intuitu suo proverbiorum xx° Rex iustus parte dat tranquillitatem ut probat Cassiodorus super
psalmos Cum ingreditur sine macula et operatur iusticiam ita dicens Iusticia regis populorum est pax
propter quod cum totus orbis erat pace orbatus Sicut hodie pacis contrario est mundus omnis
turbatus Summus propheta pacis presidium flagitabat dicens Rorate celi desuper et nubes pluant
iustum et Iusticia oriatur simul Ysaie xlv° Tercius regis romanorum ornatus ut sit clemencia
decoratus quod sub eleganti parabola sponsus sapiencie sic innuit Aufer rubiginem de argento et
egredietur vas purissimum Aufer impietatem de vultu regis et firmabitur clemencia thronus
eius proverbiorum xxv° Ex hiis tribus ornatibus regalibus serenissimus princeps dominus Rupertus romanorum rex semper
augustus est pre ceteris totius mundi principibus et regibus ab altissimo dominancium domino
gloriosissime insignitus Sapiencia quidem illustratus Cum ipse regnabit rex et sapiens
erit Iere xxiii° Iusticia decoratus regulatus Cum oriatur in diebus eius iusticia et habundancia
pacis in psalmo Clemencia decoratus quia totus est imitator sanctorum regum Israel qui semper clementes
sunt in Regum xx° Et ideo patres sanctissime certe videtis quem elegit dominus quia non est similis in omni
populo i Regum x° Ubi clauditur tria quibus negocium continencia primo quidem declaratur electionis eiusdem
cum dicit Certe videtis Secundo apparet electi presidem quem elegit dominus Tercio commendatur electorum prudencia
quia elegerunt talem qui non est ei similis in omni populo Et ideo o pater sanctissime ut principium e vero
constituens quem dominus disposuit aut abiecerit Ex cum constitues regem quem dominus deus tuus elegerit
Ex fuit verbum in principio propositum In quo verbo contemplamur hunc serenissimum Rupertum ut pracuali
assistencia roborandum Cum enim constitues ut temporali eminencia sublimandum Regem
ut diviniali providencia confirmandum quem dominus deus tuus elegerit Et ideo S p iniuncta ambasiatam
nobis impositam devotissima supplicamus instancia quatinus S V de benignitate solita huius preclarissimi
principis personam cuius fama gloriosa per universum redolet orbem dignetur approbare et tempore congruenti
ipsum unguere consecrare et ad romanum Imperium ac totius mundi monarchiam sollempniter sacratis
vestris manibus coronare Cum absque retardacione negligencie poterit S V personaliter accedere Scis=
maticos ad obedienciam breviter reducere et hoc modo unionem ecclesie feliciter perficere Romanam ecclesiam et ei
subditos magnifice defendere Tyrannos comprimere Ytalos compellere pacis tranquillitate per vimbus ordinare

Et ita romani imperii multiplicitate dissipati quo potius excelsius reformare. Et ut ista [illegible] possit perfecte intendit cum multa magnorum et multorum principum comitum et nobilium continua auxiliorum potentium magnificentia tam celeriter sumpsit facere introitum ut in ipso veniat tenear implere illud Ezechielis vaticinium Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis et varietate venit ad libanum et tulit medullam cedri Ezechiel xvij. Etiam nos huius clarissimi regis ambasiatores oratores et procuratores pleno solari mandato parati sumus eius nomine et pro eo facere fidelitatis sincere iuramenta debita et consueta que circa hoc suum negocium fuerint quolibet oportuna. Et ut concludam pater sanctissime de patris potentia filii sapientia et spiritus sancti clementia sint in corde vestro ad perficiendum feliciter et celeriter illud pro quo instamus humiliter ut Romana et universalis ecclesia vestra sponsa tanto tempore fletu et planctu anxia se letanter sentiat consolatam Amen

Jo. [illegible] [illegible]

Dudum suborta questione inter venerabile capitulum Warmiense ex una et Eberhardum [illegible] militem de Bludaw filiosque suos de [illegible] et [illegible] generum predicti domini Eberhardi vasallos dicti capituli Warmiensis parte ex altera de et super solucione unius lapidis cere per dictum militem dictosque filios heredes et successores dicto capitulo Warmiensi facienda, prefato intendente suam super dicto capitulo prescripcionem tanti temporis cuius contrarii memoria non existit allegans econtra pars adversa solucionem indebitam usque [illegible] privilegii exhibiti [illegible] quod plures talenti cere non lapidis tenebatur [illegible] et sentenciam a tanto tempore ut asserebat [illegible] nonnullos articulos alios adversus capitulum memoratum. Nos vero Jo. Rector doctor [illegible] Pomezaniensis una cum venerabili viro Nicolao [illegible] arbitri [illegible] partibus [illegible] mera voluntate electi super predictis articulis cum clausulis et modis in forma compromissi sufficienter declarato et expresso visis iuribus [illegible] et auditis hincinde propositis et allegatis ab eisdem Christi nomine invocato solum deum habentes pre oculis arbitramur pronunciamus et diffinimus [illegible] quod dicti nobiles ac eorum heredes et successores supradicto capitulo Warmiensi in signum recognicionis dominii et subieccionis unum lapidem cere in pondere Lubicensi et qualitate eciam quale a longissimis temporibus ipsi singulis [illegible] solverunt de villa dicta Dietrichsdorff al. Wosyen solvant et ad eundem solvendum singulis annis in festo sancti Martini sint astricti dicto capitulo [illegible] recognicionis et plus petendo in cera perpetuum silencium imponentes. Et [illegible] super certis mansis [illegible] Eberhardus una cum filiis suis et genero suo prenominatis [illegible] ordinacionis [illegible] asserebat pronunciamus et diffinimus dictum capitulum Warmiense ad restitucionem [illegible] reintegracionem finium aut recompensacionem non teneri ipsum capitulum ab impeticione [illegible] nobilium quo ad hunc articulum perpetuo absolventes. Verum [illegible] nobiles super [illegible] dictum capitulum de [illegible] lastis cementi debitis et non solutis ut asserebat [illegible] capitulum [illegible] adversus allegabat compensacionem [illegible] et hunc articulum [illegible] sopitum [illegible] propter bonum pacis et concordie decernimus et pronunciamus quod dictum capitulum [illegible] dictis nobilibus [illegible] lapides cere neglectos et non solutos a [illegible] annis proxime preteritis quos solvere [illegible] tenebantur [illegible] cementi lastis compensamus [illegible] nobilium [illegible] capitulum [illegible] omnia [illegible] arbitrata et a nobis ut premittitur pronunciata volumus et mandamus ab utraque parte bona fide et sine fraude inviolabiliter observari sub pena [illegible] marcarum pruthenicalium monete [illegible] quarum [illegible] ad ecclesiam kathedralem Warmiensem [illegible] ad ecclesiam [illegible] in Bludaw et residuum parti [illegible] arbitrium adiudicamus et volumus tociens quociens [illegible] et exsolvi quociens aliqua pars [illegible] nostram pronunciacionem venire vel eam violaverit in toto vel in parte nichilominus dicto arbitrio seu laudo in sua firmitate permansuris. Reservata nobis potestate declarandi interpretandi corrigendi [illegible] nostram pronunciacionem cum omnibus suis articulis dependentibus et connexis ubicumque et quandocumque et quociescumque oportuerit et nobis videbitur expedire. Et ut omnibus [illegible] et adhibeatur plena fides [illegible] publicum auctoritate imperiali notarium [illegible] mandavimus hanc nostram pronunciacionem cum omnibus suis articulis in formam publicam redigi et se nomine suo et signo solito subnotari. In quorum omnium testimonium sigilla nostra quibus utebamur presentibus sunt appensa. Datum Anno incarnacionis domini nostri [illegible] apud ecclesiam Warmiensem die xvij mensis aprilis presentibus discretis viris Marco [illegible]

In nomine domini amen. Nos C. liven. in decretis Pragen. Wisse-
graden. Olomucen. ecclesiarum canonicus Reverendissimi in Christo patris
et domini domini B. Archiepiscopi Pragen. apostolice sedis legati vicarius in spiritualibus
generalis presenti transsumpto publico notum facimus universis. Quod constitutus
personaliter in iudicio coram nobis honorabilis vir magister Simon [illegible] de Nat
J. de t. clericus Olomucen. dioc. nobis quasdam duas litteras in pergameno
scriptas dispensationis super quarto gradu consanguinitatis pro parte Johannis
Jodci et K. coniugum in curia Romana obtentas Reverendissimi
in Christo patris et domini domini fr. miseratione divina tituli sancte Susanne presbiteri
Cardinalis Reverendissimi in Christo patris et domini nostri domini B. divina providencia
pape nunc maioris penitentiarii vero sigillo penitentiarie eiusdem
magno oblongo de cera rubea albe cere impresso in cordula ser-
rica bimaculati coloris pendenti sigillatas. In cuius sigilli medio
una ymago in dyademate stans sub ciborio tenens ciborium in
manu dextera palmam et in sinistra quasi librum tenens et subtus pedes
eiusdem ymaginis unus clipeus in quo tres rige et quarta per easdem tres
rigas transiens ex indirecto et super clipeum unus pileus ad morem
cardinalium cum suis dependentibus [illegible] videbatur. Littere vero eiusdem si-
gilli circumferenciales ad modum litterarum capitalium erant tales S. fr. a.
ttt. sancte Susanne presbiteri Cardinalis maioris penitentiarii presentavit et produxit
[illegible] non rasas non cancellatas non abolitas non viciatas nec
in aliqua ipsarum parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes
easque quas litteras [illegible] nomine predictorum coniugum [illegible]
committi transsumi ac transscribi peciit et in publicam formam redigi nostra
auctoritate ordinaria et decreto ne ipsarum copia casu fortuito amittatur
aut aliquo haberi non posset. Nos itaque visis et diligenter easdem
litteris dispensationis inspectis ipsis veris et absque aliqua suspicione
reputatis ac eiusdem magistri [illegible] peticionibus utpote iustis rationabilibus
ac iuri consonis annuentes easdem litteras dispensationis transsumi
transscribi et publicari mandavimus per [illegible] notarium publicum
infrascriptum volentes et tenore presencium decernentes quod transsumpto
sive transscripto huiusmodi de cetero et in antea in omnibus et per omnia plena
fides adhibeatur tam in iudicio quam extra sicut litteris [originalibus] [illegible]
transsumptum fidem faciat in agendis quibus omnibus et singulis nostram auctoritatem
ordinariam interponimus et decretum. Tenor vero dictarum litterarum sequitur
et est talis. Venerabili in Christo patri dei gratia episcopo Olomucen. vel
eius vicario in spiritualibus fr. miseratione divina tituli sancte Susanne presbiter
Cardinalis salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte J. et K.
coniugum vestre diocesis nobis oblata peticio continebat quod ipsi olim
ex quadam informacione aliquorum presbiterorum confessorum et secularium minus
iuste quod matrimonium inter se contrahere possent credentes se quarto affinitatis
gradibus fore coniunctos ex eo quod dictus J. quandam olim quandam
[illegible] de [illegible] quarto consanguinitatis gradu coniunctam habuit in uxorem

matrimonium invicem contraxerunt illudque carnali copula consummaverunt prolem inde procrearunt. Cum autem in huiusmodi matrimonio absque dispensatione sedis apostolice remanere non possint, supplicari fecerunt humiliter eis super hiis per sedem apostolicam de debito absolutionis beneficio et dispensationis oportune gratia misericorditer provideri. Nos igitur attente optantes nobis expositis quantum cum deo possumus eorum supplicationibus inclinati, auctoritate domini pape cuius penitentiarie curam gerimus et de eius speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto, circumspectioni vestre committimus quatinus si est ita, ipsis prius ad tempus de quo vobis videbitur ab invicem separatis, ipsos I. et E. a generali excommunicationis sententia quam propter hoc incurrerunt et huiusmodi incestus reatu in forma ecclesie consueta absolvatis, et iniuncta inde eorum cuilibet pro modo culpe penitentia salutari et aliis que de iure fuerint iniungenda, demum cum eisdem I. et E. ipso impedimento affinitatis huiusmodi quod ex consanguinitate predicta provenit non obstante matrimonium inter se contrahere valeant et in eo postquam contractum fuerit licite remanere, dummodo dicta E. propter hoc ab aliquo rapta non fuerit, misericorditer dispensetis, prolem susceptam et suscipiendam exinde legitimam decernentes [illegible] perpetuo remaneat immunis. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendas novembris pontificatus domini Bonifacii etc. Venerabili in Christo patri dei gratia episcopo Signino vel eius vicario in spiritualibus frater miseratione divina tituli sancte Susanne presbyter cardinalis salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte I. et E. coniugum vestre diocesis nobis oblata petitio continebat quod ipsi olim quasdam litteras in certa et solita forma commissionis vobis directas a sede apostolica obtinuerunt continentes quod non obstante quod ipsi olim scientes se in quarto affinitatis invicem coniunctos fore gradu contraxerunt ex eo quod dictus I. olim quandam [illegible] de E. quarto consanguinitatis gradu coniunctam habuit in uxorem, possint matrimonio inter eos matrimonio licite remanere dispensaretis misericorditer cum eisdem. Tamen ipsi timentes litteras huiusmodi ex eo fore subrepticias et invalidas quod una parte tertio, altera vero quarto gradibus a quo distabat stipite, et quod altera parte distaret tertio in ipsis litteris mentio aliqua facta non fuit, quare supplicari fecerunt humiliter eisdem in hac parte per eandem sedem misericorditer provideri. Nos igitur attendentes quod felicis recordationis dominus Clemens papa VI quaslibet dispensationis litteras in casu simili ab eadem sede obtentas et obtinendas obmissione mentionis de distantia tertii gradus predicti a quo stipite non facta in dispensationibus ipsis nequaquam obstante validas et sufficientes existere et robur plenarie firmitatis habere auctoritate apostolica declaravit, auctoritate domini pape cuius penitentiarie curam gerimus circumspectioni vestre committimus quatinus iuxta huiusmodi apostolicam declarationem predictas commissionis litteras sufficientes decernatis et validas prout

existere ac si in eadem de distancia tercii gradus predicta mencio facta foret
Datum Rome apud sanctum Petrum iiii non novembris Pontificatus domini
Bonifacii Pape noni Anno Undecimo In cuius rei testimonium
presens transsumptum sive transsumptum eciam de per K notarium publicum infrascriptum
fieri et in hanc publicam formam sive in formam publici instrumenti
redigi mandavimus et Sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Pragensis
quo ad presens utimur appensione iussimus communiri Datum et actum Prage
in Curia Archiepiscopali ante cancellariam Curie eiusdem Anno domini
Millesimo Quadringentesimo Indiccione octava die xviii decembris
hora vesperorum vel quasi Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri
domini Bonifacii divina providencia Pape noni Anno duodecimo presentibus
honorabilibus viris dominis A b c d e et testibus circa premissa fide dignis

Et ego K quondam N de P Clericus Pragensis diocesis imperiali
auctoritate publicus notarius predictarum litterarum dispensacionis exhibicioni
presentacioni peticioni auctoritatis et decreti interposicioni aliisque
omnibus et singulis supradictis dum sic ut premittitur fierent ac agerentur
una cum prenominatis presens interfui testibus eaque omnia et singula sic
fieri vidi et audivi de mandatoque et auctoritate prefati domini T vicarii
in spiritualibus et ad peticionem magistri D antedicti manu propria conscripsi
et facta prius diligenti auscultacione de presenti transsumpto ad prefatas litteras
dispensacionis originales et quia ea de verbo ad verbum concordare
inveni hic me subscripsi signoque et nomine meis solitis et consuetis
una cum appensione Sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Pragensis consignavi
rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum

N. dei et apostolice sedis gracia episcopus ths ecclesie Universis ecclesiarum prelatis Rectoribus
et eorum officialibus seu loca tenentibus eorundem Salutem et sinceram in domino caritatem
Reverendi patres et domini ad quos presentes pervenerint. Honestum virum dominum
A. B. presbiterum et vicarium altaris omnium sanctorum in ecclesia predicta beate Marie
virginis in N. nostre diocesis presentium exhibitorem de honestis parentibus in thoro
legitimo et matrimoniali progenitum et exortum non excommunicatum non interdictum
non suspensum nec irregularitatis vel alterius macule seu gravis note
respersum sed bono omnis laudis odore refertum sive plenum Cupientem
ex intimo sui cordis affectu causa studendi et proficiendi in facultate
sacre scripture et fructum in ecclesia dei universali suo tempore proferendi de
sua vicaria ad triennium abesse et Prage vel alibi ubi ipsius
theologie viguerit studium commorari Universitati vestre presentes
in domino recommendamus rogantes vestram reverenciam cum intencione
fideli quatenus predictum dominum N. per nos ad infrascripta licenciatum et di-
missum ad studendum et proficiendum in facultate studii sacre
scripture prememorate graciose admittatis. Et eciam si eius devocio
id exigat ipsum divine misse officium celebrare permittatis. Nos enim
ipsum in sacerdocio fore constitutum et esse virum per omnia laudabilem
tenore presencium profitemur. Et vobis in similibus immo in multo maioribus pro hiis
desideramus complacere. Nichilominus atque concedimus per presentes ut ubicumque
locorum et in quibus partibus ac diocesibus infra dictum triennium valeat
commorari et in susceptis ordinibus sicut permittitur divina ministrare
divinis durante triennio officiis divinis in dicto altari congrue
per ydoneum ministrum provideat et iura episcopalia dicto altari exsolvatur.
Datum in N. loco Anno domini etc. die mensis etc. nostro sub secreto.

For indulgen p ecclia destructa

N. dei gra epus etc. Vniūs & singulis secns vniusq; xpifidelibz p ciuitatem
dyoc. vestrā vbilibet constitut Salutē in dno sempiternam. Cum
int alia caritatis opa non est minim ecclijs destructis elemosinarum
largicōe subuenire. Cumq; eccla prochl. Sce Marie in P. iuxta co-
strui disposita ppt defectus in suis necciis laboribz finalit commode co-
sumari. Nos igr eidem de remedijs oportunis puidere volentes
vos & quelz vrm in dno hortamur & monemus qtus pfata eius
ecclie manus vras de bonis a deo vob collatis porrigatis adiutrices
Nos enim omnibz & singul. vere penitentibz contritis & confess qui
manus suas porrexerint adiutrices de omnipots dei mia btorq; Petri
& Pauli aplorq; eius auctē confisi p quolz pret actu xl dies de
iniunctis sibi penitencijs misericorr in dno relaxamus. Harq qbz
nrm sigillum solite est appositum post decursum tpis a data presencium
minime valituras testio litterarum

For Crede

N. etc. Discretis viris etc. Salutem in dno etc. Cum a vacatte eccla
prochli in C. Honl. ff de B. distris N. de bo clitis nre dyoc nob
presentauit supplicans eundem de ipa p nos eccla canice investiri Nos
aut de iure cuiuslz plenius exqiri volentes tibi mandamus firmiter
iniungētes qtus ibidem psonalr descendens die dnico ul festiuo quo
ad audienda diuina congregatus ppli puenit citetis omnes & singlos
quos & nos presentibz citamus qui in psto iure pronatus sua putauerint
interesse vt coram nob tali die proxime nunc ventura vbi nunc constituti
fuim pemptorie compareant. dicturi & allegaturi causam ul causas si ro-
nabiles quas habent cur & quare dictus presentatus de eade eccla per
nos no debeat investiri Alioqn ipsorum contumacia no obstante de
pfata eccla dispone pout nob suaserit ordo iuris p ntem citacōz
nram pmittimus loco crede nichilominus ipam ecclam in C. pfata
N. medio tpe committimus in comendam Dat etc. die xv mens
Januarii nro sub sigillo Anno dni etc. Fca execucōe litteram redd
sigillatam

Citacio simplex

N. etc. Viris discretis Eccliarum rectoribz ebdomadi vicis ecclie prout
m.. & m.. Salutem in dno Ad instanciam honl. discreti pividi viri cuiusl
prout referunt pvidi viri Cuie Pragn que lator presencium duxerit
ondendum cum sibi coram nob fca fa proxima post nunc instans festum
purificacōis Marie Prag ul ubi tunc psonalr fuim constituti hore
tercie pemptorie assignando Dat Prag xv die mens Januar
Anno dni mo etc. fca execucōe littere r sigl

Citacio contra testes

Nos .. officialis discretis viris vicariis ebdomadariis ecclesiarum prochialium Rob[ert]i
et qui presentibus requisiti fuerint salutem in domino Vite mandata districti
firmiter iniungentes quatenus personaliter accedentes ab c. Civem de P. ad videndum
testium producendum in causa que vertitur seu verti speratur inter hon[estum] virum C.
ut pridem ex una et B. de C. parte ex altera citetis et eos monetis
tum ipsis coram nobis feria sexta proxima post festum purificacionis Marie ho[ra]
vesperarum in domo habitacionis nostre Prage peremptorie assignando. Datum

Continuacio

Nos .. officialis discretis viris etc. Salutem in domino etc. Cum pridem vir
C. civis Prage ad nostram licencie citari procuraverit ad instanciam
hon[esti] viri domini .. districti pridem in termino sibi ipsis ad audiendum sentenciam
interlocutoriam diffinitivam ad videndum taxare litis expensis causae inter ipsos alias
mote coram nobis ad procedendum in causa ad replicandum ad duplicandum
ad triplicandum peremptorie assignato contumaciter minime paret curavit . curavit
Unde hinc ipsius ipsorum contumacia exigente nos predictum predictos
nomine Christi invocato excommunicamus in hiis scriptis quem/quos excommunicatum
excommunicatos publice denunciare curetis singulis diebus dominicis
et festis in ecclesiis vestris ~~donec donec a nobis ut~~ tamdiu donec excommunicatus
donec a nobis aliud habueritis in mandatis Datum Prage in die
mensis Januarii nostro sub sigillo

pro aut sepulturam / instancia / hu[ius]

Nos .. officialis discretis viris eorum vicariis ebdomadariis in p. et in C. et al[iis]
qui presentibus fuerint requisiti Salutem in domino sempiternam Cum excommunicatis
a iure et ab homine fratres ecclesiastice sint iure districto sit misso subtrahendi
Et quia iam dudum p. rector ecclesie de B. huius excommunicacionis
domini .. officialis nostri et demum nostris ratificatoriis una cum sibi participantibus
racione non solucionis cuiusdam certi debiti ad instanciam Jo. parrochiani
de l. eorum late incurrerit frater dicte ecclesie census reddituum et proventuum
hactenus ut pote inobediens filius percipere et consumere non expavit
divinis me[…] officiis contemptibiliter se inmiscendo et eadem in periculum sue
conscientie dispendium et suspicionem nonnullorum temere prophanando absque
excommunicationis sententiis hucusque non permansit perinaciter se absolvi
Nos itaque vigente iusticia ad studiosam coram nobis humiliter emissam
dicti Jo. predicte instanciam volentes ut tenemur unicuique expeditam dare
dicto instanciam inhibicionem ut etc.

For[ma] Inhibicionis

Vite mandatis discrecioni firmiter iniungentes quatenus dictum p. propositum accedentes
ipsum effectualiter moneatis inducatis quem et nos monemus per presentes ut
infra trium dierum spacium a die monicionis sibi per vos fiende immediate
sequencium quorum unum pro primo unum pro secundo et residuum diem unum pro tercio
et peremptorie termino trina canonica monicione premissa prefigimus assignantes

a dicto ep. cominato in forma impensa satisfaction. p. protato p debito
supradicto absolui se peruit alias inhibeat omnibus et singulis dicte
ecclie in B parochianis ut presato p ut premittit' sic cogminato
obediat de cetero nullam penitent ... de censibus fructibus dec. et aliis
obuencionibus ad dictam ecclesiam pertinentibus rendeant quomodo
... districto ... eiusdem ecclie in B vicario de omnibus ... ...
studeant obedient' integraliter et complete Cum vero ... ne per ...
plus negligat' cura animarum dicte ecclie presentibus ... ...
... ad nos ... renocanda mandatos vice ... ...
recollectos de huius d. ecclie fructibus ... ...
debito nob. vel nro vicario ad ... creditori memorato
in manus fidelis ... de residuo ad nrum vel nri vicarii man...
dispositionis ordinate. Absolucione p... p et sibi ... ...
... ... Dat. Prage

Super Investitura extra ... ...

Vniuersis ... et sing.is notis facimus quibus expedit p ... ... vacantem altari Sti Cristofori in ecclia nra Pragen. ... collatum ... per liberam resignationem discreti ... et ... Altarist.
Altaris eiusdem ex modo commutacionis pro altari sci Michaelis in ecclia sci Jacobi ... Wladislauie dioc. ... ... cum dicto
... ... altaris Altarista ... et immediate in manibus nris ... facta ... ... de presato Altari Sti Cristofori ... ... nri ... ... investitura tenore presentium investimus cum ... ... committentes sibi administrationem spiritualium et temporalium ibidem regimine ... ... ebdomad. nre ecclie Cathedr. Prag. mandamus ... obediens in virtute ... ... ad corporalem possessionem dicti altaris Sti Cristofori inducas et realem ... dicti altaris calices libros ornamenta vestimenta sacerdotalia omnia et singula ad ipsum altare pertinentia ... ... tradentes. Mandantes nihilominus ... et sing.is ... census decimatoribus quibuscumque nominibus censeantur ... ... altare sci Cristofori Altarist. et ... obediant in omnibus licitis et honestis sibique de fructibus redditibus prouentibus ac obuencionibus ... ... Dat. p. ... die mensis Januarij In cuius rei testimonium

Altare portatile

Vniuersis Nobili et Strenuo militi J. de B. et ... eius conthorali ... in dno sempiternam. ... ... deuotionis ... in dno ... ... licitum sit vobis cum familia vra cotidiana in locis congruis et honestis aqua benedicta ... ... ydoneo et honesto ... ... missas audire ... sub missa ... ... et ... ... in ... ecclie ... in hoc ... ... Dat. p. ...

N etc. Strenuo militi dno .. H. de .. Salutem in dno sempiternam
Vre affectum devotionis propensius in dno commendantes tenore presentium
indulgemus quod liceat vobis cum familia vestra cottidiana a presbitero
ydoneo et honesto iure domini duntaxat salvo vel per nos recepto catho-
lico a communione populi fidelium non preciso in locis vestrarum domorum congruis
et honestis in quibus tamen ecclesie prope vel saltem oratoria non subsistant
ex quo intrat et interdictis personis exclusis sine preiudicio ecclesiarum prochialium
sub missa voce audire missas presentibus post diem assumptionis sancte Marie
proxime venture minime valituris Datum etc.

Citatio

N etc. discretis viris etc. Salutem in dno sempiternam Quamvis nobiles
omnes et singuli in .. de Hedes ad ecclesiam proch. in .. ad presens per mor-
tem et obitum Petri eiusdem ecclesie ultimi rectoris pro mortuum vacante
discretum virum Martinum de B. iure domini clericum per suas patentes presenta-
tionis litteras investiendum nobis similiter presentarunt ut pote eiusdem
ecclesie veri patroni et legittimi Nos tamen ad huiusmodi institutionem et investi-
turam precipitanter nolentes sed de iure cuiuslibet expediri fortius cupi-
entes vobis mandamus discretioni vestre iniungentes quatenus omnes et singulos
dicte ecclesie in .. patronos qui sua estimant interesse nominatim
et expresse in eadem ecclesia vno dicto peremptorie citetis quos et
nos citamus per presentes vt coram nobis in crastino Cinerum proxime
venture vbi tunc constituentur peremptorie compareant dictum presentatum
clericum de huiusmodi ecclesia per nos canonice investiri visuri vel cum
racionabiles allegaturi cur et quare per nos de eadem non debeat investiri
Et hanc nostram citationem vobis et cuilibet eorum premittimus loco citacionis
Et nichilominus tibi rectori in .. circa aliarum eiusdem ecclesie in .. ne
tempore medio negligatur committimus in commendam ad tempus prenotatum Datum

For confessionalis ad eligend. confessorem

N etc. Honesto viro A. de .. et K. conthorali ac liberis nostris
M. et D. Sororibus totalique familie vestre Salutem in dno sempiternam
Vt animabus vestris salubrius consulatur presentibus indulgemus quod
liceat vobis discretum et ydoneum presbiterum eligere in confessorem qui
super peccatis que sibi confitebimini in casibus per nobis etiam specialiter reservatis
nisi talia sint propter que persona nostra esset merito consulenda vobis
auctoritate nostra debite absolutionis beneficio et penitentia salutari provideat
vobisque sacrosancte eukaristie sacramento ministrare valeat infra hinc
et unum annum dicti et quotiens fuit oportunum Datum

Petitorium pro ecclesia destructa

N. etc. Universis Christi fidelibus personis utriusque sexus nostre dyocesis filiis salutem in domino sempiternam. Cum inter alia opera pietatis non minimum destructas ecclesias subvenire. Et cum ecclesia parochialis in C. nostre dyocesis nimia vetustate corrupta in suis edificiis sit nimium [?] plurimum restaurari, cuius reedificacio absque vestris et aliorum fidelium caritatiuis subsidiis perduci nequeant ad effectum, universitatem vestram in domino exhortamur quatenus petitores dicti C. et ubi presentibus exhibitis per petitores eiusdem ecclesie requirentes ad fabricam eiusdem ecclesie de collatis a deo vobis bonis temporalibus misericorditer subveniatis. Nos enim omnibus et singulis Christi fidelibus et cunctis peccatorum contritis et confessis qui ad dicte reedificationem ecclesie manus porrexerint adiutrices de iniunctis eis penis confisi de misericordia Ihesu Christi xl dies criminalium in domino relaxamus. Presentibus post diem nativitatis Christi proximum venturum minime valituris. Harum quibus nostrum solitum sigillum est appensum testimonio litterarum. Datum etc.

Forma confessionalis

N. etc. Discreto viro .. salutem in domino sempiternam. Ut animabus Christi fidelium et presertim nostre .. diocesis existencium salubrius consulatur, tenore presentium indulgemus quatenus liceat tibi a sexagenaria persona utriusque sexus nostre dyocesis in foro consciencie confessiones audire ipsisque eciam in casibus nobis a iure reservatis beneficium absolucionis impertiri, iniuncta primitus pro modo culpe penitencia salutari, voluntariorum homicidiorum, incendiariorum, oppressorum virginum per vim, violenta manuum iniectione in clericos exigentia [?] et mediatorum casibus dumtaxat exceptis. Inhibentes ne per occasionem confessionis huiusmodi a dictis personis sub pena excommunicationis aliquid exigere presumas, super quo tuam conscienciam oneramus. Datum

Monicio cum pena

N. etc. Discretis viris etc. salutem in domino. Vestre mandamus districte firmiter iniungentes quatenus personaliter accedentes A. B. heredes Cunis [?] emptores ipsos efficaciter moneatis inducentes, quos aut quem pro primo, secundo et tertio peremptorie monemus per presentes, ut infra spacium vi dierum a die monicionis huiusmodi ipsis sibi per vos facte, quorum dierum tres pro primo, tres pro secundo et residuum eorum pro tercio et peremptorie termino una monicione canonica premissa prefigimus et etiam assignamus, honorabili viro A. B. C. dennas [?] in villis D. C. anni presentis duas marchas grossorum quas se eidem tenere nobis subdito [?] tuo competenti per nos sibi proposito obligat solutione persoluat et satisfaciat cum effectu. Alioquin nos ipsos ipsum excommunicamus prout exnunc [?] Christi nomine invocato in hiis scriptis quos a quo sic et taliter excommunicatos in ecclesiis vestris singulis diebus dominicis et festis denunciari faciatis [?] tamdiu per dicta donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum etc.

Aggravacio sine excommunicatione

Nicolaus discretis viris et cetera Salutem in domino. Jam dudum nobilis vir
H. m.. mta excommunicationis sententia premonitione rome decime per contumaciam
pro non solucione simpliciter irretitus ad honorabilis viri domini P. canonici ecclesie Cracoviensis
instanciam extitit licite innodatus quam excommunicationis sententiam sustinuit
et hucusque sustinet animo ipsius dampnacionis indurato in anime sue periculum
periculum et in scandalum nonnullorum plurimorum. Et quia crescente con-
tumacia crescere debet et pena et ideo nos dictam nostram excommunicationis
sententiam dei nomine invocato presentibus aggravamus vobis sub obediencie
in virtute mandantes quatenus predictum H. dominum ab sic excommunicatum ut dic-
mus aggravatum publice in vestris ecclesiis excommunicatum pulsatis campanis candelis
accensis et extinctis singulis diebus dominicis et festivis denunciare curetis
fidelesque ipsum in cibo potu salutacione locucione empcione vendicione
foro igne balneo et hospicii recepcione et aliis actu licito
a fidelium cetibus evitari Inhibentes sibi et familie ipsius
ecclesiastica sacramenta et ecclesiasticam sepulturam Confessionibus mo-
riencium et baptismis parvulorum dumtaxat exceptis Tamdiu predicta
exequentes donec a nobis aliud habueritis in mandatis

Reaggravacio

Nicolaus discretis viris et cetera Salutem in domino. Dudum alias Nobilis viri
a b c heredes in .. mis excommunicacionis aggravacionis sive per contumaciam
pro non solucione propter decime anni presentis ad instanciam honorabilis viri
ff. de C. Canonici ecclesie Cracoviensis extiterant licite irretiti et excommunicati
quas excommunicacionis et aggravacionis sentencias sustinuerunt et hucusque sustinent
animis ipsorum in fide indurati in animarum suarum periculum et in scan-
dalum non modicum plurimorum Et quia crescente pertinacia merito crescere debet
et pena Tandem ignominia se dicta quoque animas preter tales viciis
plurimorum detinent obligatas Ideo nos dictas excommunicacionis et aggravacionis
sentencias nomine christi invocato presentibus reaggravamus vobis in virtute sub obediencie
mandantes quatenus predictos omnes et singulos sic ut premissum excommunicatos aggra-
vatos modo vero reaggravatos denunciare curetis singulis dominicis diebus et
festis in vestris ecclesiis prout quibus super premissis fuerit requisiti faciatis
ipsos in cibo potu et cetera et ab omni actu licito arceatis evitari Inhi-
bentes et cetera ut supra

Contra participantes monitio cum excommunicatione

Nicolaus discretis viris et cetera Salutem in domino Mandamus vobis sub
obediencie in virtute quatenus personaliter accedentes ad a b c monitis omnes amicos
cos propinquos vicinos notos et ignotos participantes in eo
et cetera anime eorum nobili honorabili quondam domino C iamdudum per
nos excommunicato aggravato reaggravato pro non solucione vel per contumaciam [illegible]
vel propter decime ad honorabilis viri B. de .. instanciam si comode

accedi potuit aliqs pn^{ce} in ecclesiis vris proponentes ipsos efficaciter et
salubriter moneatis inducentes quos et nos monemus per presentes
ut infra spatium novem dierum a die monitionis huiusmodi vobis pro vobis
quorum dierum in primo tres pro primo et residuis tres dies pro secundo et peremptorie
termino tria canonica monitione premissa pro termino assignantes dicto .. sic
ut premittitur excommunicato aggravato in cibo potu salutatione locutione vendendo
emptione foro igne balneo et hospitii receptione et a quoquam actu
fidelium licito prorsus participare et eum communicare desistant et cessent
cum effectu. Alias nos ipsos ex nunc prout extunc nomine vero innodato
excommunicamus per presentes in hiis scriptis quos etiam sic excommunicatos publice nuncietis
in vestris ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis. Tamdiu faciatis predicta
donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Et nichilominus personaliter acce-
dentes prout fuerit requisitum dictum .. sic excommunicatum aggravatum et reaggravatum
ipsum inducatis efficaciter inducentes ut ad sancte matris ecclesie gremium
convertatur et redeat et sic a dictis excommunicationis aggravationis et reaggravationis
sententiis absolvi pereat. Datum etc. Ratificacio sententie alterius iudicis
N. etc. discretis viris etc. salutem in domino. Dudum nobiles viri
a b c d .. sententias excommunicationis aggravationis et reaggravationis per venerabilem
virum dominum N. decretorum doctorem canonicum et officialem nostre ecclesie nostri Cracoviensis
premonitione pro gratia propter debitum mense nostre episcopalis pro non
solutione ducatorum nostre camere Admistam bonorum viri domini .. ex parte
tenent licet innodati quas sustinuerunt et hucusque sustinent animis indurat[is]
inficiatis. Indurati in animarum suarum grave periculum et in scandalum non-
modicum plurimorum. Et quia crescente pertinacia merito crescere debet
et pena, tanto quanto graviora sunt peccata, tanto plus infelices animas vinculis
peccatorum suorum detinent alligatas. Ideo nos dictas domini N. decretorum doctoris
officialis nostri ut eiusdem aliarum excommunicationis aggravationis et reaggravationis sententias
ratificamus et etiam approbamus ipsas auctoritate nostra nolentes dici innodatos
excommunicatos reaggravatos vobis sub obedientia in virtute mandamus etc.
ut supra in reaggravatione. Reductio in pristinas sententias
N. etc. viris discretis etc. salutem in domino etc. Licet alias nobiles
et providi viri d e f .. nostris excommunicationis aggravationis nostro reaggravationis
sententiis pro non solutione certi debiti ad instantiam honorabilis viri domini .. canonici
excommunicatos innodati vel excommunicatos mereretur a nobis et annis ex-
communicationum suarum absolutionis beneficium meruerunt obtinere et etiam
reportare, promittentes et sic coram nobis sub pristinarum reductione
sententiarum sunt obligati dicto domino .. canonico .. in termino sibi per nos pre-
fixo satisfacere pro dicto debito et cum effectu, quo tamen veniente satisfacere
minime curaverunt et hucusque non curant. Verum quia nos volentes huiusmodi

…aggravator

iusticie complementum facere. Et tenemus predictos ~~A B~~ D et B ad stu-
diosam dominum .. Canonicum .. instanciam in penas excommunicacionis aggravacionis
et reaggravacionis sentencias nomine cristi invocato reducimus in hiis
scriptis. Vobis sancte obediencie in virtute mandamus quatenus predictos
D et B et omnes excommunicatos aggravatos et reaggravatos denuncietis sin-
gulis diebus et festivis in vestris ecclesiis etc. ut C. in aggravacione

Absolucio cum citacione ad certum prefixum

N etc. discretis viris etc. Salutem in domino. Cum a nobili et prudenti
viro .. coram nobis personaliter constitutus de parendo iuri fecerit plenariam
caucionem in causa quam habet cum honorabili viro .. Canonico .. et proponens
si quid eidem adverse parti de iure fuerit satisfacere promisit cum
effectu ~~...~~ ideo nos ipsum a nostris excommunicacionum vinculis per nos
in ipsum contra ad dictam dominum .. Canonicum .. instanciam latis et eciam
promulgatis nomine domini invocato absolvimus in hiis scriptis quem
taliter absolutum publice denunciare curetis diem quam domini .. Canonici
.. prout requirens ad eandem diem nichilominus citetis peremptorie
quem et nos presentibus citamus cum sibi coram nobis vel nostro commisso
in Crac in domo nostre habitacionis feria ii post Reminiscere hora [illegible]
peremptorie assignando. Datum in C. Sabbato ante dominicam Reminiscere Anno
domini etc. nostro sub sigillo.

Absolucio simpliciter et in totum

N etc. viris discretis etc. Salutem in domino etc. A nostris excommunica-
cionum aggravacionum et reaggravacionum vinculis nobilem virum N. de
.. quibus per nos propter solucionem contumaciam propter receptam decime ad honorabilis
viri C. de .. instanciam extiterat ligatus innodatus sive irretitus
et quia ~~concordavit~~ concordavit ipsum una cum participantibus
suis in hac parte ipsi nomine invocato ~~absolvimus~~ absolvimus
per presentes quem taliter absolutum publice denuncietis vestris ecclesiis in predictis
et ubi fuerit oportunum. Datum etc.

Commissio

N etc. venerabili viro domino Jo. decano nostre et Canonico ecclesie .. Salutem
cum sincera in domino caritate. Causam et causas quam et quas honorabilis
vir C. de .. movet seu movere intendit de facto vel prudenti viro ff.
de .. super quibusdam debitis inter ipsos contractis de vestra circumspeccione
plenius in domino confidentes causam et causas huiusmodi vobis auctoritate nostra tenore
presencium committimus audiendam et audiendas et fine debito terminandas
cum omnibus earum incidentibus emergentibus dependentibus et connexis. Mandantes
quatenus ipsis partibus ad vestram presenciam evocatis causam et causas ac proposita huiusmodi
hincinde audiatis et quod canonicum fuerit decernentes appellacione [illegible] auctoritate
nostra per censuram ecclesiasticam firmiter observare faciatis. Testes autem qui fuerint
nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint aut favore censura simili
cogatis veritati testimonium perhibere. Datum

absolutus

Commenda

N etc. discreto viro C. presbitero nostre dioc. Salutem in domino sempiternam
Cum cura animarum parrochianorum ecclesie in R. per translacionem ven. virorum
dominorum abbatis et convent. in T. per carencia proprii sacerdotis et
rectoris per amplius aliqualiter negligatur. De tue discrecionis devocionis
experiencia in domino confidentes eandem tibi curam animarum ecclesie predicte
in R. de consensu predictorum presentancium tamdiu committimus in commendam
quousque eidem ecclesie in R. de pastore competenti providebitur. Et vale.
Datum etc.

Investitura

N etc. Notumfacimus quibus expedit universis presentibus et futuris
quod vacante ecclesia parrochiali in C. per liberam resignacionem per mortem et
obitum discreti Jo. ultimi et immediati possessoris Ad presentacionem nobi-
lium virorum dominorum .. verum dicte ecclesie veri et legitimi patronorum ad quos
ius presentandi dinoscitur pertinere discretum virum L. de W. presbiterum nostre
dioc. per nostri anuli sive pirreti imposicionem ipsi nomine investiture
canonice investimus ac tenore presencium investimus de eadem Committentes
sibi curam temporalium administracionem spiritualium ac regimen animarum
in predicta commissa tamen nostre salvo iure. Quocirca tibi discreto viro R.
ecclesie prot. in .. mandamus firmiter iniungentes quatenus eundem L. ad
ipsius ecclesie in .. possessionem inducas corporalem et realem vos et
dote sibi assignans in predicta, mandans nichilominus omnibus et singulis
dicte ecclesie subditis et eciam plebisanis ut eidem L. tamquam vero
vel et legitimo pastori et rectori in omnibus obediant licitis et honestis
de fructibus redditibus proventibus et obvencionibus universis eidem integre
ac plenarie respondeant cum effectu. In cuius rei testimonium etc.

Indulgencia audiendi missam extra ecclesiam

N etc. Nobili viro .. Heredi in .. Salutem in domino sempiternam
Vestre affectum devocionis propensius in domino commendantes tenore presencium
indulgemus quod liceat vobis cum familia vestra cottidiana in curte
domorum vestrarum in locis congruis et honestis aqua benedicta aspersa a
presbitero ydoneo nostre dioc. vel per nos recepto a quibus [illegible]
nominatim exclusis submissa voce missas audire benigniter et divinas
qq presencia vel per eum exclusis dum tamen ecclesie predicte nullum preiudicium
generetur presentibus ante post vero annis spacium minime valituris. Datum etc.

N etc. discreto viro N. vicario in ecclesie prot. Salutem in domino (Indulgencia Confessiones audire)
sempiternam. De tua discrecione plenius confidentes in domino confinientes
Auctoritate nostra presentibus indulgemus quod liceat tibi ab omnibus confidelibus
personis utriusque sexus hominibus tibi confiteri volentibus in foro conscientie confessiones
audire et ipsis pro culpis et excessibus commissis penitencias iniungere salutares usque
ad unum per personarum inclusive Casibus tamen violatorum homicidarum
ecclesiarum incendiariorum oppressionum virginum per vim iniectorum manuum
in clericos sacrilegorum dumtaxat exceptis quos nobis specialiter reservamus

Datum etc.

Indulgencia pro elemosinis largiendis Iudeo baptizato

Uniuersis Christifidelibus per dyocesim nostram .. ubilibet
constitutis salutem in domino sempiternam. Cum inter alia pietatis opera
non est minimum personis destitutis presertim nouis christianis elemosinarum
largicione subuenire. Et quia ... presencium exhibitor diuino illustratus
spiritu fugatis tenebris erroris iudaice prauitatis perfidia et cecitate
derelictis ad Christum uerum lumen est conuersus gratiaque sacra ac sacro
baptismatis fonte est renatus nichil secum deferens preter undi-
corporis nuditatem qui ueluti infans lactis dulcedine sic enutriri
et indiget nedum instruccione fidei, uerum eciam auxilio subsidioque
fidelium nunc communi. Uniuersitatem uestram requirimus in domino et hor-
tamur. Eciam quando et quociens cum presentibus fueritis requisiti ipsum
... in causis suis uobis agendis fideliter uelitis promouere, muni-
tusque diuine passionis ne propter defectum maiorem, quod absit, ad pristinum
errorem tamquam homo qui manum mittens ad aratrum retrospiciat
ualeat reclinari, pro ipsius ... subsidio et uite sustentacione
de bonis uestris a deo uobis collatis cum elemosinarum largicione
manus uestras porrigatis adiutrices. Nos enim omnibus et singu-
lis uere penitentibus et confessis qui ipsorum elemosinas predicto Iohanni
nouo christiano fuerint elargiti sustentacione de iniunctis eis penitenciis
xl dies in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium sig-
num presentibus est appensum. Datum etc. Comissio inquisicionis

Ure honorande et discrete uire domine B. salutem in domino. Cum nobilis C.
heres in D. de collatis sibi a deo bonis ecclesiam parrochialem in N.
in suis dominiis in liberis et aptis agris pratis pascuis piscinis
obstaculis siluis nemoribus et aliis nullis pertinenciis ecclesie ciborijs
erigendo de nouo dotare proponit (?) ... nobis humiliter supplicauit
quatinus fundare eandem ecclesiam et dotacionem ac prenotata donata eciam
imposterum et donanda approbare et ratificare nos dignaremur. Nos
igitur de ... ... acquiescentes (?), ne aliam uideremur minima
irrogare de uestra circumspeccione plenam in domino confidentes prefata
omnia donata ad fundandam ecclesiam memoratam personaliter accedendi
uidendi pensandi et si per presbitero et clerico quos inibi stare contigit
satisfacere poterit, explorate masticandi et circumspecta omnia nobis
ad capitulum proximum celebrandum in Cracouia fideliter referendi super
quibus uestras consciencias oneramus, uobis plenam tenore presencium committimus
facultatem. Datum. Comissio inquisicionis

Ure honorabili domino .. decretorum doctori salutem cum sincera in domino
caritate. Nuper ... ... impulsante graui fama
comperimus quod discreti uiri M. de .. B. et D. de .. ecclesiarum
parochialium rectores nostre diocesis ... quodam ... in hac parte com-

pluribus villa in Capli .. armati violenter sub mentes bellum
insabile suscitarunt in quo quendam familiarem dni P. Cant. in
Crac dnis vulnibus affectum in suarum gne consideracione dependium huamit
inflixerunt et imbi alia p plurima scandala commiserunt que cum
licet ex nostro officio consciencia nos urgente cum exacta diligencia
inquirere et inquisita debita animadversione corrigere deberemus tamen quia
ad presens pluribus nostris et nostre ecclesie hinc inde inexplicabilibus emer-
gentibus sumus adeo negotiis prepediti ita quod inquisicioni et correc-
cioni huiusmodi flagiciosi excessus comodose intendere non valemus
ideoque de vestri circumspeccionis legalitate singularem primo plenissimam
in domino spem gerentes tenore presencium committimus vobis specialiter et
mandamus quatenus signa et strepitu iudiciales quibuslibet cessantibus
et etiam peculiariter simpliciter et de plano omni dilacione postposita nostra auctoritate
et vice immo ex officio de huiusmodi volutario per dictos .. et D. de ..
Craciensis rectores homicidio ut asseritur perpetrato per eam in persona etiam
si opus fuit ad locum delicti personaliter descendentes coassumptis vobis
personis auctenticis si clamore ope compleverit studiosissime
et vigilantissime inquiratis inquisita que et si ita ut asseruntur
inventa fuerint in personis dictorum .. et .. D. invocato ad hoc
si opus fuit brachio seculari debita animadversione puniatis Et
.. alia omnia et singula faciatis que vobis persuaserit iuris ordo
et que nos etiam faceremus si eisdem personaliter interessemus super
quibus vobis seriosius onerantes consciencias vobis plenam ac
omnimodam damus concedimus et committimus facultatem datum etc.
die .. mensis Junii Anno domini etc. nostro solito sub sigillo presentibus in
mandati presentis execucionem expressa nobis relacione super premissis facienda
parentes Relaxacio Interdicti
Nuper certis ex causis canonicis vacationes et iuris sinodales
constitutiones ecclesia interdictum in ecclesia .. latum fuisse et ibi aliquamdiu
tentum et observatum scilicet peribidem ... per .. ibidem infra
per quosdam maleficos plebicidas insabile perpetratum tamen quia
nuper nobis parte et nomine dni D. prelati Crac et suorum ibidem
incolarum extitit supplicatum repromisso quod dictos plebicidas
maleficos hinc ad diem sancti Georgii proximum venturum ipsos
plebicidas cum exacta diligencia querere et inventos deprehensos et
vinctos nostre animadversioni puniendos ad diem sancti Georgii die
indilate et effectualiter debent presentare Cuius nos inducto dei nomine
huiusmodi interdictum ecclesiasticum in eandem ecclesiam .. scilicet premissorum
inulgatum hactenus et servatum hinc ad diem sancti Georgii proximum
venturum inclusive relaxamus mandantes ibidem prout prius
solitum fuerat tempore medio divina officia celebrare et ecclesiastica sacramenta
ministrare datum

Lr̃a absenc̃e
cu comenda

[N] dei gr̃a etc. discreto viro Jo. pauli de .. pbro nr̃e dioc.
salutem in dno sempiternam. Cum discretus vir N. R. etc. pro lib.
in .. eccl[ie] nr̃e dioc. pia ductus devotione et voti redemptione
ad limina btõrum Petri et Pauli aplõrum iter peregre et illud in brevi
arripere proponit, cui nos similiter supplicantes ab ecclesia sua eiusd. abes-
sendi sibi ad tempus semestre videlicet ad diem bti Mathei aplĩ
tempore Septembris proxime affuturum absentiam dedimus et presentibus
concedimus graciose. Et ne tempore huiusmodi absentie medio cura animarum eccl.
ecclesie in .. parte quam ut prefertur subiectarum aliqualiter negligatur. Quo-
circa de tua discretione plenius in dno confidentes eandem eccl. in .. cum
cura animarum eiusdem ante per annum ad pfatum bti Mathei aplĩ diem
in nomine dni tibi tenore presentium commendamus mandantes sic ipse
quatenus custodiam pervigilem de eisdem animabus tibi commendatis habeas super
quibus tuam conscientiam strictissime oneramus. Per hoc autem nostram absen.
concessionem et commende racionem nolumus creditoribus dicti N. in aliquo
derogare quin debita sua [?] dicte eccl. exigant. presentibus durat.
Datum etc. For. interdicti propter detentionem

[L]icet vobis discretis etc. Cum nos dudum sub canonum sanctiones
Nobilem Jo. de .. ob .. occasionem violenti raptus occupationis
et detentionis decime in .. tricesimalis omnis et singulis [?]
cione violenti raptus decime in .. anni primi pretati quorumlibet-
[?] ad nostram mensam et ad vicedominum .. nostrum pertinentium
et spectantium per nostras certi tenoris monitionis litteras in eos pretea per
nos decretas et moniti canonice extitissent ut infra certi huiusmodi mo-
nitionis spacium in eisdem litteris nostris clarius comprehensum nobis ut nostro
vicedomino .. pro eisdem decimarum rapinis et violentis occupationibus
detentionum tempore manifestarum offensarum nobis ut premittitur con-
dignam et iniuriam illatarum prout tenebantur et astricti fuerant satisfacere
satisfecissent singulariter singuli cum effectu. Et quia prefati decimarum rap-
tores detentores dicto monitionis spacio ut premittitur sic currente
et eis lapso assignato satisfacere penitus contempserunt non curarunt
Quodque nos primo excommunicationem tandem aggravationem deinde reaggravationem post-
mo vero cum eorum participibus monitione canonica premissa in
eos per nos missorum certis mensibus et iudicialis dilationibus
sese continue sequentibus observatis litteris promulgatis fuerant canonice
et secundum iuris dispositionem involuti. Et huiusmodi excommunicationis
aggravationem reaggravationem cum suis participibus sine sustinuerunt
et hucusque sustinent animis indurati et dampnabiliter indurati
in suarum gravem periculum animarum et in scandalum xpi fidelium non
modicum plurimorum divinis etiam officiis prout asserit tempore medio se
ingesserunt et ingerere presumpserunt claves spernentes immo etiam vilit.

contemptores) Ideo nos deviantes ad debite commissionis examen
quod pater predecessor similiter obedientiam nisi inobedientibus ipsorum primacia
non obessent. Et quos neque timor dei aut virtus spiritus non revocat ab
errore, hos saltem cohibeat severitas ecclesiastice discipline. Cumque
prius pene non sufficiunt, maiores sunt opere sic addende, excrescente et con
tumacia merito crescere debet et pena. Cum nos tante tamque gravis
primatiis et temeritatis rebellionis nolentes prout tenemur aure surda
vel conniventibus oculis aliquatenus pertransire, ne per impunitatis auda
ciam crescere et in fidelium cuneo scandalum irreparabile generare
quoquomodo videamur, quod per contra eosdem raptores primatias velut
inobedientie filios de iure districtione severiori procedi deberemus, volen
tes tamen prius visceribus amoris cum eisdem agere, mitius contemperantes
ipsos precertim huiusmodi nostre in ista dissimulationis et patientie, ad sancte
matris ecclesie gremium cogitantes nos quod per premissa satisfacturos et a prefatis
nostris ecclesiarum ministris se absolvi effectualiter procuraturos, nec vi
tamia scandala in plebe fidelium respicientes, vobis mandamus districte
sub excommunicationis pena quatenus dictas personas accedentes si commode accedi
poterunt, alioquin in eorum ecclesiis publice proponentes, vno pluribus
edicto moneatis salubriter inducentes, quos et nos singulariter
similiter monemus per presentes, ut infra viginti dierum spatium a die monitionis
huiusmodi vestre per vos fiende immediate sequentium, quorum duos pro primo,
duos pro secundo et residuum tempus pro tertio termino monitione canonica premissa
et peremptorie tenore eisdem licet non teneamur prefigimus et super
habundanti assignamus, nobis vel eidem nostro vicedomino nomine nostre
mense pro dictis rapinis et violentis occupationibus decimarum
unusquisque ipsorum prout tenetur satisfaciant et ad gremium sancte matris
ecclesie redeuntes humiliori et ferventiori quo poterunt studio, curent
attentius ab huiusmodi nostris excommunicationum aggravationum et reaggravationum
sententiis cum eorum participibus absolui se procurent. Alioquin nos ipsorum pre
maxime rebellionis inobedientie et temeritatis causa sic crescente
opida villas castra fortalicia monasteria cenobia oratoria et
quevis alia loca in terra R. Dei consistentia ad quas quam
vel que dicti . . excommunicati aggravati et reaggravati et eorum quilibet de facto in
actu peruenerint et declinauerint et quamdiu in eisdem mora traxerint
dei nomine invocato ecclesiastico subicimus interdicto, mandantes rectoribus
ecclesiarum monasteriorum cenobiorum et oratoriorum locorum predictorum ut statim
post ingressum dictorum . . excommunicatorum vel alicuius eorum et quamdiu ibidem
moram duxerint, deducenda a diuinis officiis cessent, ministri silentio
quod tintinnabuli campane sonum, post recessum vero ipsorum excommunicatorum eadem
diuina officia recitent et resumant. Executioni tamdiu omnia
et singula prelibata quousque a nobis aliud receperint et receperitis
in mandatis. Datum etc.

Nuper honeste virgini .. nate .. de .. Salczburga in domino sempiternam
Cum a maritali coniugio cupiens mancipari inopie defectibus
prepedita nequeas huiusmodi tuas impensas debitum ducere ad effectum
Nos pro parte tua nobis exhibitis supplicacionibus benignius inclinati ad
sortiendum debitum effectum tuum coniugium memorati decem marcas
pecunie usualis cancellarie sue iurisdictionis tibi solvere nunc obligamus
[illegible] potius et presentibus requirimus harum quibus nostrum sigillum
est appensum testimonio litterarum Datum

Continuatus

Nuper discretus vir .. Salczburgensis in domino. Quia C. de .. in
ecclesia qua [illegible] dicto viro [illegible] Ecclesie nostre in [illegible] sibi
cum nobis in .. [illegible] et perempte assignato continuatur comparere
minime curavit Unde ipsum C. de .. contumacia exigente nos ipsum
Christi nomine invocato excommunicamus in hiis scriptis quem sic excommunicatum in ecclesia
predicta publice de mandato nostro singulis diebus dominicis et festis tam
diu denunties donec a nobis aliud habueris in mandatis Datum

Neticorum p Iudeis baptisatis

Nos universis Christifidelibus utriusque sexus in nostra diocesi constitutis
Salutem in domino sempiternam Magnus fratres et errantes a via
veritatis revocare maior utique revocatos in via salutis [illegible]
effectu caritatis dirigere et fovere Et quia [illegible] liberis
alias Iudei de .. divina se gratia inspirante relicto Iudaice per-
fidiatis et cecitatis [illegible] et errore ad dominum [illegible] et verum
et ad agnicionem fidei katholice conversi [illegible] sacro baptismatis
fonte [illegible] sunt renati omnibus que in eadem Iudaica perfidia
collegerant bonis mobilibus et immobilibus postpositis pro nomine
Jhesu Christi ne igitur propter defectum victualium et amictualium
cogantur in pristinum collabi errorem Iudaice cecitatis Caritatis
vestram universitatem requirimus in domino et hortamur attentius dum
quando quociens et ubi per dictos .. novos Christianos requisiti
de collatis vobis a deo bonis temporalibus benigniter subveniatis
Nos enim omnibus et singulis nostre diocesis filiis Christifidelibus
utriusque sexus confessis et contritis qui prelibatis [illegible] novorum
sancte Christiane fidei professorum inopiam manus caritative porrexerint
adiutrices confisi de misericordia Jhesu Christi [illegible]
dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus ratas
gratas habentes atque singulas omnes et singulas reverendorum in Christo
patrum .. Archiepiscoporum et .. Episcoporum a Romana Ecclesia [illegible]
[illegible] indulgencias salutares [illegible] catholice fidei professoribus
in nostra diocesi [illegible] donatas in posterum vel donandas Et ut eo
[illegible] Christifideles alliciantur ad sustentandos predictos Christiane
fidei professores manus omnibus et singulis .. Curatis .. [illegible]

Padomiten Verhud .. opati .. decanus .. et .. ppositis in nra
Ecclia .. ut eorum vicesgerentibus qre deos nonos ppianos du
ad se pvenerit et cu ptibus accesserint apud sibi subiectos subditos
suorum quibus exhortacionibus p pia elemosinar largicionis suste-
tacoe eorum fauorabilr recommendent Harum quibus nrm sigl est
appensum testio litterarum dat Relaxacio interdicti

N. etc. Vniversis dilectis etc. Salutem in dno licet interdictum ecclian
in ecclian .. collegiata et latam cone violacionis Jo pbri
p d .. violenter ppetrate virtute sacrorum Canonum et Syno-
dalium statutorum pmulgatum et tande tenm decenim p nos ratum
habitum extitisset Tamen quia nup honorabiles dni. d. et J .. vican-
cellarie ppositi nri .. Canci in nra pncia psonar constituti
suas psonas excomunicacionis et penam ecclian et locum .. interdicti
penis et sumis submittentes nomine suo et dci d. offensoris
hinc ad diem Quasi modo geniti pxim instant eidem Jo pbro
passo iniuria p violencia et emenda nobis quoq pro pena
inde segnda satisfacere et tpe medio interdicti tpibus sepultos
extumulare et exhumare pmiserunt et se strictissime obliga-
runt Vnde nos huiusmodi recepta caucione huiusmodi ecclian interdictum
in eccliam .. occasione pmissorum platum dei noie invocato ptibus
relaxamus vobis mandantes qtenus eadem ecclia .. dina officia
more solito resumentes ecclia ministret sacramenta Datum etc

Sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino B. divina dei p-
rovidencia sacrosancte Romane ecclesie ac universalis ecclesie summo pon-
tifici N. decanus, O. archidiaconus, M. cantor, I. custos vel administrator
in spiritualibus et ceteri canonici totumque capitulum ecclesie .. oraciones in Christo
devotas cum omni reverencia devotissima ad pedum oscula beatorum.
Sacris canonibus novimus esse cautum ut ultra tres menses pon-
tificali cathedrali non vacet ecclesia, ne lupus rapax pro defectu
pastoris gregem invadat dominicum, aut in suis facultatibus ecclesia
viduata grave dispendium paciatur. Eapropter bone memorie domino
I. episcopo .. ecclesie nostre predicte, anno domini millesimo cc. indictione xv
mensis Januarii die xiiii hora tercia vel quasi sicut domino placuit
ab hac luce subtracto, corpore ipsius cum reverencia tradito se-
pulture, ne ipsa ecclesia viduitatis sue incomoda diucius deplo-
raret, nos O. archidiaconus, M. cantor, I. custos .. M. cancellarius
Dobrinensis, N. decretorum doctor et administrator N. sancti Egidii prepositus
... propositi ceterique canonici ecclesie .. predicte capitulariter congregati
convenientes in unum ad electionem futuri pastoris nostri canonice celebrandam
penultima die mensis Januarii eo circa sequentem concorditer
nemine discrepante nec contradicente assignavimus, citatis etiam
absentibus, temporibus tunc omnibus, qui electioni tunc celebrande de-
buerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse in loco nostro capitulari
nos incepimus de electione nostri pontificis tractare. Et post tractatus
inter nos habitos, tam eodem die quam aliis diebus sequentibus usque
ad nonam mensis Februarii inclusive, certis causis prorogacione
et continuacione predictorum nos monentibus, tandem placuit omnibus et singulis
infrascriptis concorditer et nemine contradicente stare nominacioni
seu postulacioni domini N. decani ecclesie .. nostre predicte, qui idem dominus
N. decanus predicte nostre ecclesie .. vice sua et singulorum canonicorum ac de
mandato predictorum vice et tocius capituli venerabilem virum dominum P. de
.. utriusque iuris doctorem egregium virum utique providum sciencia et moribus
virtuosis ac actibus commendatum, ex utroque parente nobilem et de legitimo
matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum defendendum
O. V. postulavit in episcopum et pastorem ecclesie .. predicte sed prudens
de cod. Beatitudini igitur vestre duximus unanimiter supplicandum,
quatinus postulacionem huiusmodi dignemini admittere et admissam confirmare
ac postulato nostro predicto donum consecracionis per sacrarum ma-
nuum vestrarum imposicionem impartiri, ut auctore domino nobis
veluti pastor ydoneus et toti capitulo preesse valeat et prodesse. Nos
quoque sibi subditi sub eius sancta regione sive regimine possimus
coram deo salubriter militare. Ut autem omnium nostrum vota in predictis

A ecclesia

omnibus et singulis omnibus concordasse et in hanc postulationem convenire
noscatis S. V. apostolice hoc canonicum decretum manuum roboratum
et ad maiorem cautelam nostri Capituli predicti et etiam propriis sigillatum
sigillis nos ad maiorem certitudinem subscribentes. Datum et actum
l. die xx mensis februarii in loco nostri Capituli Anno domini etc. Octo
demum omnes Canonici debent se subscribere propria manu etc.

Instrumentum procuratorum ad prosequendum postulationem apud sedem apostolicam

In nomine domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem Mº ccc. etc. Indictione
in Nona die vi mensis Julii hora quasi vesperorum in domo habitationis
honorabilis viri domini N. de K. Canonici .. Pontificatus sanctissimi in Christo patris
et domini domini nostri domini B. divina providentia pape vi anno sexto
in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter
et rogatorum presentia personaliter constitutus venerabilis et circumspectus vir dominus
N. de .. Cantor metropolitane ecclesie .. ac Cancellarius .. et postulatus
ecclesie P. omni modo via iure et forma quibus melius potuit et debuit
fecit constituit et sollempniter ordinavit suos veros et legitimos actores
factores et nuntios speciales honorabiles et discretos viros L. de Bo et J. de C.
absentes tamquam presentes necnon P. de B. presentem et in se onus procura-
tionis huiusmodi sponte assumentem omnes in solidum ita quod non sit me-
lior conditio occupantis sed quod unus eorum inceperit alter prosequi
mediare valeat et finire. Dans et concedens dictis suis procuratoribus
plenum mandatum et huiusmodi potestatem adhibendi et presentandi prefato
domino nostro .. pape ac sacrosancte Romane ecclesie Cardinalium Collegio decretum
postulationis in personam dicti domini N. postulati factum per venerabile capitulum
ecclesie .. predicte necnon litteras supplicationis serenissimi principis ac domini domini
Ro. Regis P. et quascumque alias litteras concernentes commissionem super dicta
.. ecclesia in personam dicti domini N. postulati a prefato domino .. apostolico obti-
nendi, testes super ydoneitate et habilitate dicti domini N. postulati aliasque
probationes que circa huiusmodi negotia fieri consueverunt producendi, dicto domino
N. de dicta ecclesia .. provideri petendi et obtinendi commissionem super dicta .. ecclesia
et alias quascumque in huiusmodi negotio necessarias litteras extrahendi
cum Camera apostolica et domino nostro pape Camerario seu vicecamerario
vel commissariis ab eo deputatis seu deputandis vel alio sive aliis quibus
supradictum dominum nostrum papam aut eius Camerarium fuit commissum pro
mediis fructibus annatarum dicte ecclesie .. concordandi necnon ad obliga-
dum dictum dominum N. postulatum ac dictam ecclesiam .., etiam quod prius bo-
mobilia et immobilia presentia et futura dicte Camere apostolice ac prefato sacro
collegio dominorum sancte Romane ecclesie Cardinalium in duobus equalibus florenorum Un-
garicalium puri auri et iusti et non ultra neque magis tali tamen conditione
interiecta si et in quantum dicto domino N. postulato de dicta .. ecclesia fuit
provisum et non aliter nec alio modo, qui floreni dicte Camere apostolice

aut prefato dominorum Card. Collegio seu aliis dicte officialibus pro communibus
servitiis seu alia quacunque occasione dicte Camere seu prefatis officialibus
ratione huiusmodi provisionis assignari debebunt. et ad submittendum
prefata dictum dominum N. postulatum dictamque ecclesiam .. ac omnia ipsius pos-
tulati bona iamdicta iurisdictioni cohercioni et compulsioni Curie
Camere apostolice expedite ac domino nostro pape Camerario eiusque Auditori seu
Viceauditori aut locumtenenti eiusdem excommunicationis ac aliarum censurarum ecclesiasticarum
penas et sententias necnon omnia precepta et mandata predictos dominos Ca-
merarium seu eius auditorem seu locumtenentem eorundem aut commissarios
quoscunque ad hoc deputatos seu deputandos in ipsum dominum con-
stituentem fieri petendum et recipiendum eisque nomine dicti constituentis
acquiescendum si idem dominus constituens in termino seu terminis sibi prefixo
seu prefigendis negligens fuit in solutione dictorum dominorum milium
florenorum ac mediorum fructuum annatarum predictarum debiti vel
remissus. Renunciando in hiis omnibus et singulis dicto nomine
omni exceptioni omni consuetudini et statuto omnibusque privilegiis
et indulgentiis appellationis ac in integrum restitutionis beneficio
omnique actioni et defensioni iuris canonici et Civilis auxilio et specialiter
iuri dicenti generalem non valere renunciationem ac omnibus excep-
tionibus iuribus et defensionibus per quam seu quas contra premissa
vel aliquod premissorum se defendere posset quomodolibet vel tueri, necnon
ad iurandum in animam ipsius domini constituentis quodlibet licitum
iuramentum in talibus negociis prestari consuetum ac alia omnia
et singula faciendum exercendum et procurandum que in premissis fuerint
necessaria seu quomodolibet oportuna et que ipsemet dominus constituens
faceret si premissis omnibus et singulis personaliter interesset, Etiam si talia sint
que mandatum magis exigant speciale. Promittens michi notario
infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine
omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit se perpetuo habere
firmum ratum et gratum quicquid per dictos suos procuratores seu alterum eorum
gestum fuerit et ordinatum fuit in premissis, et quolibet premissorum. Pro-
mittens eciam eosdem dictos suos procuratores ab omni onere satisdandi
relevare et si necesse fuit iudicio sisti et iudicatum solvi sub omnium
rerum suarum presentium et futurarum obligatione et ypotheca. Actum etc.
Anno domini etc. presentibus etc.

Instrm̄ aliud in eod̄ in fr̄ Bremon

IN nomine dñi amen Sub anno natiuit. eiusd. a° m° cccc° xl in
p̄ntia mei no̾rii publ. et testiū infrascriptor ad hec voc. et rog.
p̄ntia psonal̾r constit.9 ven̾lis et circumspectus vir dñs N. de K.
cantor eccl̾ie Metrop̾ne .. etc omni iure via mō et forma quib;
melius potuit et debuit fecit et constit. ac solempnit. ordinat
suos veros l̾timos ac irreuocab̾les p̾curores actores factores et nun-
cios spales hon̾les et circumspectos viros dños A B absentes tan-
quam p̾ntes et Jo de C p̾ntem et onus p̾curacionis sponte assume-
tes vtrumq; eor insolidum ita q̄ nō sit melior condicio oc-
cupantis s; qd vnus eor incepit alter p̾sequi mediare valeat
et finire · ad exhibend. et p̾ntand. p̾fato dño · dño nrō pape
ac sacrosc̄e Roman̄ eccl̾ie Card̾liū Collegio decretū elect̾s
in psona p̾fata dñi N el̄ca fact̄ p ven̾le capitlm̄ eccl̾ie .. necnō
l̾ras supplic̄m Reuerendissimi p̾ris et dñi .. regis .. et quascunq;
alias l̾ras p̾sequend. commissionē sup dc̄a .. eccl̾ia in psona
dc̄i dñi N elc̄i a p̾fato dño ap̾l̾ico obtinend. testes sup ydo-
neitate et habilitate dc̄i dñi elc̄i aliasq; probaciones que circa
huiusmodi commissiones fieri consueuerunt p̾ducend. dc̄o dño elc̄o
de dc̄a .. eccl̾ia p̾uideri petend. et obtinend. l̾ras p̾uisionis
et alias quascūq; necias contrahendum cum Camera
ap̾l̾ica et dñi nri pape Camerario seu eius commissario aut
commissarijs ab eod. deputat. seu deputand. ut alio seu aliis
quib; id p dc̄m dñm nrm̄ papam fuit commissum p medijs
fructuum annatarum dc̄e .. eccl̾ie qui dc̄e Camē apl̾ice rone p-
uisionis huiusmodi debebunt concordand. dcm̄q; dñm el .. elc̄m
et eius bona mobilia et inmobilia ad dc̄am eccl̾iam .. dc̄e
Camē ap̾l̾ice p̾p̄ea obligandum Et iurisdiccioni cohercioni
et compulsioni dñi .. Camerarij et eius curie p̾dc̄e supponend. ac
eciā submittend. exco̾is et aliaꝝ eccl̾iasticaꝝ censuraꝝ penis
et sniās necnō p recepta et mandata quecūq; p ipm̄ dñm Came-
rarium seu commissarium aut commissarios quoscūq; ad hec deputat
aut deputand. in ipm̄ dñm consti.tuē fieri petend. et recipiend.
easq; nomine dc̄i dñi constitutis acquiescend. si idem dñs consti.tus
i tpo seu in t̄mis sibi p̾fixis seu p̾figendis negligens fuit
in solucōne huiusmodi debita facienda ut remissius et in hijs oib;
et sing̾lis p̾uilegijs indulgentijs ap̾l̾icis seu restitucōis i integrum
beneficij vtriusq; iuris canonici et ciuilis auxilio omniq; consti.tōi
renunciando p que seu quod contra p̾missa seu aliquod eor facere
vel venire posset ut se quolibet tueri quodlibet iuramentum
licitum circa huiusmodi negotia p̾stari consuetum in dc̄i dñi consti.tuēs
aiam p̾standum ac oīa et sing̾la faciend. gerend. et exercend. q̄
in p̾missis et circa p̾missa fuerint necia seu quomodolibet oportuna et
que ipemet constituens faceret etc ut sup i p̾ce.ti instruo

Commissio ea que de bonis

N. etc. Honorabili viro domino .. Salutem in domino sempiternam. Exposuit
nobis discretus vir ff. viccarius et Alconista altaris sancte Katherine
siti in ecclesia .. quod nonnulle persone ecclesiastice et seculares personis
utriusque sexus de terris fructibus censibus redditibus pecuniarum summis et rebus
aliis ad dictum altare .. spectantibus [illegible] iniuriantur eidem. Quocirca de-
vocioni vestre [illegible] plenam in domino presencium tenore committimus et causam huiusmodi
[illegible] ff. et easdem personas ecclesiasticas et seculares quas coram vobis
duxerit nominandas eciam si tales sint que aliis [illegible] speciali nostro mandato
coram vobis non possunt conveniri tenore presencium conveniendi audiendi
et cum omnibus suis emergentibus dependentibus incidentibus et connexis auctoritate nostra sine
debito terminandi, mandantes et volentes quatenus eisdem personis ad dicti
instanciam ff. tociens quociens opus fuerit et requisiti fueritis legittime
evocatis dictum coram vobis paruerint auditis partium propositis hinc
inde proponitis quod iustum fuerit decernatis faciendo quod decreveritis
per vos per [illegible] per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes
autem qui fuerint nominati si se gratia odio timore vel timore
subtraxerint quociens necesse fuerit coram vobis censura simili compellatis
veritati testimonium perhibere. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum
testimonio litterarum presencium et datum etc.

Forma ratificacionis

N. etc. Universis discretis ecclesiarum viris clericis capellanis curatis [illegible]
Cracoviensis diocesis nostre etc. in .. / In S. in C. in W. in Opatkowice
[illegible] requirendis Salutem in domino sempiternam. Nuper vir discretus
dominus C. lector chori .. in nostra presencia personaliter constitutus suis
tenens in manibus quendam processum venerabilis domini N. decretorum
doctoris declaracionem sive lati canonis plenius quam in eo [illegible] sunt
[illegible] in se continente contra quendam J. .. de .. familiare domini O.
proponitis [illegible] violente [illegible] attrocis et nonnullam sanguinis
effusionem in persona eiusdem domini C. nostro sacrilegio per dictum J. perpetrate
et contra ipsum directum in carta papirea scriptum sigillo ipsius domini
N. .. consueto et aliis quinque executorum a tergo appressis sigillatum
nobis tenens et humiliter exhibuit in hec verba N. etc.
Post cuiusquidem processus exhibicionem idem dominus C. nobis cum instancia
debita supplicavit quatenus huiusmodi processum omnia quam et singula in eo
contenta approbare ratificare et confirmare auctoritate ordinaria
dignaremur. Nos itaque N. etc. prenotatis attendentes huiusmodi supplicacionem
fore iustam et consonam racioni. Cum iusta petentibus assensus non debeat denegari
huiusmodi processum omnia et singula in eo contenta debite recensita et de iure
ordine veniente cognita atque visa rata habentes atque grata eadem appro-
bamus nostra auctoritate ratificamus et eciam confirmamus mandantes sub pena
excommunicacionis vobis omnibus premissis quatenus dictum J. violentum offensorem
prout opus in dictis ecclesiis et ubi opus fuerit vestre dicti canonis
declaratis et presentis nostri mandati sic excommunicatum denuncietis publice tamdiu
donec quousque eidem domino C. passo iniuria et effuso refusa possensa
emenda competenti nobisque et ecclesie pro pena satisfecerit absolucionis beneficium
meruit reportare et a nobis aliud receperitis in mandatis. Datum etc.

Bannum sine forma banni

N. etc. discretis viris .. ecclesiarum rectoribus et eorum vicariis omnibus et singulis per civitatem et dyocesim nostram .. ubilibet constitutis Salutem in domino sempiternam. Licet vobis nostris litteris dedisse meminimus in mandatis quod ad desponsandos seu copulandos quoscumque christifideles vestris ecclesiis singulariter singulos subditos banna legitima trium dierum propter certa animarum pericula que inde sequuntur premittere curaretis. Vos tamen non obstantibus huiusmodi nostra mandata huiusque implere minime curavistis ex quibus siquidem nonnulle per vos et vestros clandestine desponsationes a iure prohibite tociens admisse tales casus et tantos generant qui nedum impediunt contrahendum sed iure dicente matrimonium dirimunt iam contractum. Et quamvis ob dictam nostri non impletionis mandati penas notatas contra vos et vestrum quemlibet de rigore iuris seriose procedere debemus volentes tamen vobiscum agere mitius et huiusmodi nostrum mandatum singularum animabus inculcare ne quispiam pretendere valeat ignorantiam vel etiam allegare. Vobis et vestrum cuilibet iteratis vicibus sancte obedientie in virtute sub pena quoque excommunicationis et perpetui carceris precipimus et mandamus quatenus ad scandala huiusmodi pericula animarum per tres dies inter sponsum et sponsam priusquam matrimonium de manibus vestris contrahant publice in ecclesiis vestris ad ministerium in forma solita banna iuridica premittatis. Et si casus impedientes contrahendum vel dirimentes iam contractum matrimonium tempore medio non occurrant tunc primo elapsis eisdem tribus diebus sponsum et sponsam predictos publice tamen in ecclesiis vestris in nomine domini copuletis. Alioquin contra vos et vestrum quemlibet penis predictis de iure serio procedemus. Penas autem nostras per vos et vestrum quemlibet copiet et publicet curat quoque sine intermissione per totam nostram dyocesim de biennio ad biennium. Volumus autem vestrum ipsum debite et diligenter executum nobis fideliter rescribat sub penis omnibus prenotatis. Datum etc. Anno domini etc. etc.

Forma absencie

Petrus etc. discreto etc. Cum a tua ecclesia tua in .. te comode residere non posse cognovimus quemadmodum per presentem scienciam per te approbatam compertum magis plene supplicasti quod nobis ut ab ipsa ecclesia tua licentiam abessendi conferre benignius dignaremur. Tuis igitur supplicationibus precibus annuentes ab eadem ecclesia tua in .. infra hinc et unum annum a data presentium tibi licentiam abessendi tenore presentium elargimur, taliter tamen quod discretus et ydoneus presbiter qui ipsi ecclesie tue in .. sufficienter preesse valeat apte relinquatur ibidem. Datum etc.

Forma comende

Petrus etc. discreto etc. Salutem in domino sempiternam. Cum discreto domino N. rectori ecclesie in B. nostre diocesis absenciam ab eadem sua ecclesia abessendi ratione vel occasione studii ad triennium dederimus et concessimus graciose. Ne tamen tempore huiusmodi absencie medio eadem ecclesia in B. iure suo vel proventibus subtractis aliquibus

negligatur de tue discretionis industria plenam in domino confidentes vel confi-
dentes eandem ecclesiam ut b cum iuribus cura eius animarum ad predictum tempus
absentie predicto .. d. concessis in nomine domini tenore presentium commendam seu
committimus in commendam. Datum etc. // Instrumentum procurationis in bona forma

In nomine domini amen etc. Anno nativitatis etc. In mei notarii publici et testium
infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia personaliter constitutus Reverendus in Christo
pater et dominus N. dei gratia episcopus .. citra procuratorum suorum per eum hactenus constitutorum
revocationem omnibus melioribus modo via causa iure et forma quibus melius et
efficacius fieri potuit et debuit fecit constituit creavit et sollempniter ordinavit
suum verum certum et legitimum et indubitatum procuratorem actorem factorem et negociorum
suorum gestorem et nuncium specialem et generalem ita quod specialitas generalitati
non deroget nec econtra honorabilem virum magistrum N. in Romana curia
procuratorem absentem tamquam presentem ad agendum pro ipso reverendo in Christo patre et
domino N. episcopo .. constituto in omnibus et singulis causis suis ad Romanam curiam
[illegible] legitime devolutis et in quibus ipse de iure vel ex citatione
legitima extat astrictus vel arctatus in Romana curia litigare tam sibi quam [illegible]
ecclesie sue .. motis et movendis contra quascumque personas seculares vel
spirituales coram quibuscumque iudicibus seu auditoribus datis vel dandis depu-
tatis seu deputandis ipsumque dominum constitutum et ius suum defendendum libellum
seu libellos et quascumque petitiones summarias dandum et recipiendum dari
et recipi videndum litem seu lites contestandum et ex adverso contestari videndum
excipiendum replicandum duplicandum de calumpnia cavendum et veritate dicenda
et quodlibet alterius generis licitum iuramentum in animam dicti constituti prestandum
ponendum et articulandum poni et articulari videndum positionibus partis adverse
respondendum sibique responderi petendum contra articulos adverse partis dicendum
et excipiendum testes litteras instrumenta publica et quecumque alia probationum
genera producendum et produci videndum declarandum et declarari videndum
et contra ex adverso producta et declarata dicendum et excipiendum testes partis
adverse produci recipi et iurare videndum in ipsos et eorum dicta ac personas
dicendum crimina et defectus obiciendum et probandum concludendum et renunciandum
concludi et renunciari videndum et petendum sententiam et sententias tam interlocutorias
quam diffinitivas ferri petendum et audiendum et ab ea et ab eis et ab alio
quocumque gravamine illato vel inferendo provocandum et appellandum apostolos
petendum et recipiendum appellationis causam et causas prosequendum expensas
dampna et interesse petendum et recipiendum et super eis iurandum alium seu alios
iudicem seu iudices et quascumque litteras tam simplices quam legendas
gratiam vel iustitiam in se continentes impetrandum et obtinendum et ex ad-
verso impetratis contradicendum suspectos recusandum et suspicionis causam

allegandum et probandum de locis et iudicibus concordandum et conveniendum beneficium
absolutionis simpliciter vel ad cautelam ac restitutionem in integrum petendum
et obtinendum unum vel plures procuratorem vel procuratores loco sui substituendum
et substitutos ab eis seu eorum altero revocandum et onus huiusmodi procuratoris
in se reassumendum totiens quotiens opus fuerit Et generaliter ad omnia et
singula alia faciendum dicendum gerendum et exercendum et procurandum que in premissis
et circa ea necessaria fuerint seu etiam oportuna et que ipsemet constituens
faceret et facere posset si premissis personaliter interesset Etiam si talia forent
que mandatum exigerent magis speciale promittens idem constituens
mihi notario publico infrascripto tamquam publice et autentice persone stipulanti et
recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest seu interit
se ratum gratum et firmum perpetuo habere et tenere id totum et quidquid per dictum
suum procuratorem aut substitutos vel substituendos ab eo actum dictum gestum fuerit
in premissis omnibus et singulis et quolibet premissorum dictum quoque suum procuratorem ac
substitutos vel substituendos ab eo ab omni onere satisdandi relevare iudicio
sisti et iudicatum solvi cum suis clausulis oportunis pro omnibus et singulis supradictis
sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum Super
quibus omnibus et singulis idem constituens sibi petiit per me notarium publicum
infrascriptum fieri publicum instrumentum Notetur sic ut prius Forma interdicti ponendi
[P]er districtus eorum Salutem in domino Licet ut facultas et licentia
in clericos seviendi laicis adimatur Sacri Canones et Statuta Sinoda-
lia nostra et predecessorum nostrorum sint erecta inter cetera continencia quod ubi-
cumque presbiterum vel clericum in minoribus constitutum capi detineri incarcerari vel
graviter aut etiam enormiter ledi seu vulnerari contigerit, Locus ille
patrati sceleris in quo ad minus dinoscitur, tamdiu ecclesiastico interdicto
subiacet et malefactor sententia Canonis Si quis suadente diabolo
contra tales prolata declaratur incidisse dimitti debeant quousque captivus
pristine libertati reddatur Etiam conventa consoletur et passo iniuria satis-
factione condigna rependatur Nichilominus tamen prout comperimus evidenter quidam
de .. ausu sacrilego in districtum virum dominum .. actu presbiterum nostre dioc-
vicarium ecclesie parrochialis in .. plebanie anno presenti post die dominico quo cantica
in dei ecclesia decantatur clarescente die in medio dicte ville manus iniecit
temere violentas ipsumque inculpabiliter vapulatum in manum dextram retro cubitum
usque ad non nullam sanguinis effusionem enormiter et atrociter suo gla-
dio vulneravit, Unde nos nolentes tam magnum tamque grave sacri-
legium processu surda aure vel conniventibus oculis aliquatenus pertransire,
suffulti vigore canonum et synodalium statutorum predictorum, Etiam et locum
in .. plebanie in quo scelus huiusmodi dinoscitur perpetratum invocato dei nomine
tamdiu ecclesiastico subicimus interdicto quousque consoletur passo iniuria,

satisfaccio refundat. et prefatus malefactor cum suis in hac parte complicibus
nec amodo super premissis efficaciter procedat. mandamus vobis si est ita ut
prefertur quatenus campane pulsum a celebracione divinorum publice abstinendo
cessare modo solito et consueto. Datum in B. etc. Anno etc. post execucione
presencium studiosa vobis nobis reddite sigillatam Relaxacio Interdicti

P. dei gracia etc. discretis viris .. in C. salutem in domino. Cum vos de B.
in Jo. de Cr. et B. dictus T. in dictum dominum ch. de K. actu presbiterum impie
ut comperimus manus iniecissent violentas ad nonnullam sanguinis effusionem
temere violenter et postea eciam interdictum virtute canonis et synodalium
statutorum in locum et eciam in B. per nos litteras promulgatum ratum tentum
hactenus fuisset observatum. Tamen quia in nostra presencia constituti
N. advocatus et B. kaza C. .. opidani Citomen manu coniuncta se districte
obligarunt sub summarum in singulos ipsorum personarum promulgandarum re-
ductione sentenciarum quod dictus presbiter passis iniuria emenda competenti
refundent. eciam nostra quam medio consulatur et nobis pro pena satisfaccio
condigna rependatur hinc ad diem nativitatis sancti Johannis baptiste
proximum affuturum Unde nos recepta huiusmodi caucione sub spe satisfaccio-
nis affuturae prefatum eciam interdictum hactenus ut premittitur observatum
ad presens tempus seu tamen invocato dei nomine presentibus relaxamus
districtius iniungentes quatenus in eadem eciam in B. prout prius consuevistis
resumentes divina officia celebretis et eciam sacramenta ministretis.
Datum in B. die xviii mensis aprilis Anno domini etc.

Forma reaggravacionis processus contra presbiteros

P. dei gracia etc. discretis viris etc. salutem in domino. Dudum alias presbiter de C.
vinculis excommunicacionis dominum N. officialem et canonicum nostrum .. deinde monicionis ratificacionis
et aggravacionis ad instanciam N. clerici de Bo. pro contumacia excitaverat litteris innodatum
sine eciam revocatum et qua quidem sentencias excommunicacionis aggravacionis ac
ratificacionis sentencias sustinuerunt et hucusque sustinere non formidant
claves ipsorum dampnabiliter indurato in animarum suarum grave periculum et in scan-
dalum christifidelium nonnullorum plurimorum Et quia crescente contumacia et pertina-
cia merito crescere debet et pena Ideo nos dictas moniciones et predicti domini N.
hoc est in citationibus simpliciter per edictum. Et si constiterit ipsi dno auditori contenta in commissione
fore vera ex tunc debet discernere huiusmodi citationes alias non quia decreta et de ptibus reptata fuerit
inde procedit ut supra proxime dictum est.

Qualiter proceditur in causa appellationum gravaminis

In causa appellationis ab aliquo gravamine si dno tuo committitur debes tenere modum subsequentem
Primus terminus erit ad dicendum contra commissionem ad primam. Secundo vero advertere pars appellans fuit producturus
appellationem suam ut est in actis et petere citari ptem ad dicendum contra et ille terminus est 2us ad primam. Tertius
Tertius terminus est ad impugnandum et iustificandum ad primam. Quartus est ad videndum nihil ibi ad primam
diem vel ad statim. Quintus est ad audiendum voluntatem dni super articulis appellationis et si pronunciavit au-
ditor appellationem bene processum et male appellatum tunc auditor a quo est appellatum rehabebit
causam. Si vero pronunciavit male processum et bene appellatum tunc causa remanebit auditori ad quem
appellatur.

Qualiter proceditur in causis devolutis ad curiam per appellationem in ptibus inchoatam

Primus terminus est ad dicendum contra commissionem ad primam diem. Secundus terminus erit ad procedendum primo ad primam diem
Tertius terminus erit ad procedendum 2o ad primam diem. Quartus terminus est ad procedendum tertio ad primam diem
Quintus terminus est ad procedendum quarto ad primam diem. Sextus terminus si pars produxit fuerit ad devo-
lutionem cause faciendam erit terminus ad dicendum contra ad primam diem. Septimus terminus est ad audiendum
voluntatem dni super devolutione cause ad primam diem vel ad statim. Octavus terminus est ad libellandum
ad octavum et deinceps proceditur in causa ulterius prout supra dictum est in prima instantia. Et notandum quod nonnumquam
causa tunc et licet ad curiam per appellationem devolutam tunc non curatur de termino ad procedendum sed in continenti
post terminum ad dicendum contra commissionem petit terminum ad libellandum ad bm diem et procedit ulterius
ut supra dictum est in prima instantia.

Qualiter proceditur in causa commissa per mortem vel absentiam auditoris cum ptate reassumendi

Item nota quod si aliqua causa committitur propter absentiam alicuius auditoris recessum vel mortem cum ptate
reassumendi in statu etc. Primus terminus erit ad dicendum contra commissionem ad primam. Secundus ad reassumendum causam ad primam
diem vel ad statim qua resumpta causa in eodem statu coram alio auditore ~~habita procedit.~~ ubi re-
mansit incipit dns auditor procedere prius ulterius terminum coram alio auditore habitum et procedatur ulterius
si sit in prima instantia ad bm diem si in 2a instantia ad 2am diem. Si vero in tertia instantia ad primam diem

Qualiter proceditur in causis in pallatio apostolico

In nova dni nostri impetrata commissione et presentata dno auditori si ambe ptes in curia fuerint
prsentes ad petitionem unius citetur pars altera quibus comparentibus in iudicio coram auditore dns
auditor decernit copiam commissionis parti petenti ad quam commissio est impetrata et hoc si psonaliter
compareat. Si vero per procuratorem debet primo dicere de mandato suo et postea decernit copiam commissionis
et ad instantiam ptis impetrantis huiusmodi commissionem dns statuet terminum parti contra quam commissio est impe-
trata ad primam diem. In quo tunc si ptes hinc inde comparuerint pars contra quam est commissio impe-
trata quandoque dat generales exceptiones contra commissionem quibus non obstantibus auditor debet procedere in causa
Sed si darentur speciales exceptiones in scriptis auditor debet eas videre et quod fore causa dnis suis coauditoribus

et mo eorum consilia procedit in causa ut supra scilicet deinde praefigitur terminus si partes ambe
presentes fuerint ad dandum et recipiendum libellum Si vero altera pars non paruerit tunc ad instantiam
partis comparentis et causam huiusmodi prosequi curantis ipsa pars non comparens citabitur ad videndum
actum ad certum diem Quo termino adveniente si partes hincinde compareant libellum hincinde
vel eorum alter comparuerit et dederit libellum tunc ad instantiam partis comparentis vel alterius
earum praefigitur terminus hincinde ad iurandum de calumpnia vitanda et veritate dicenda
in causis beneficialibus sed in prophanis ad videndum libellos et ad litem contestandum ad certum
diem Si vero altera pars non comparuerit tunc ad instantiam partis comparentis illa pars
non comparens citabitur ad actum preliberatum Et est notandum quod in termino ad dandum et reci-
piendum libellum dantur duo libelli eiusdem continentie et tenoris tunc auditor habet mandare
notario quod tradat parti adverse unam copiam et alium retineat in actis dicto termino adveniente
et partibus coram dicto domino auditore in iudicio constitutis si in hoc termino nichil dicatur contra
terminum libelli seu libellos si sit causa beneficialis iuratur per partes hincinde de calumpnia vitan-
da et veritate dicenda in manibus domini auditoris ad sancta dei evangelia ab eorum quolibet vel corpo-
raliter tactis cum omnibus et singulis casibus in calumpnie iuramento contentis licet tamen dicta calumpnie
minime narrentur vel per unam partem contentis alterius iuratur de calumpnia

Termino litis contestate sequitur

Si vero sit causa prophana tunc oportet quod ambe partes hincinde et quelibet in propria alter
litem contestentur quia in absentia alterius partium lis contestari non potest nec debet qua lite con-
testata et iurato de calumpnia in causis prophanis in causis beneficialibus vero termino iuramento
de calumpnia si partes presentes fuerint praefigitur terminus hincinde ad articulandum Si vero altera pars
absens fuit citabitur ad idem iste terminus in causis prophanis datur communiter ad xxx diem
et in causis beneficialibus ad xx diem licet quandoque ex consensu partium vel ex causa brevior
vel longior assignatur In termino siquidem ad ponendum et articulandum assignato si ambe
partes compareant et dant articulos vel eorum alter dederit articulos praefigitur terminus ad dicendum
contra articulos et ad videndum hincinde vel parti contra quam dantur articulos si ipsa
pars non dederit articulos Si vero altera pars non comparuerit ipsa citabitur ad instantiam
partis comparentis ad actum supradictum ad certum diem huiusmodi nunc adveniente termino
si partes ambe comparuerint quelibet partium contra exceptiones communiter contra positiones et articulos
et quandoque dantur exceptiones in scriptis et tunc praefigitur terminus hincinde ad producendum
omnia iura munimenta etc ad certum diem Si vero altera pars sola comparet
generaliter contra articulos partis adverse in contumaciam partis adverse obtineat citari eandem ad actum
diem supradictos In quo termino partes communiter comparent in iudicio hincinde et produ-
cunt iura sua hincinde scripto et realiter et quandoque verbo solum producunt cum protesta-
tione producendi suo loco et tempore oportuno et quandoque una pars producit verbo alia vero
scripto et interdum una pars producit tamen iura sua verbo vel scripto in contumaciam
alterius tamen producit si ambe partes in iudicio presentes fuerint praefigitur terminus
ad dicendum contra producta ad certum diem Si vero altera partium presens in iudicio non
fuit tunc citabitur ipsa pars absens ad instantiam partis comparentis ad actum et ad diem
preliberatos Quo termino adveniente quandoque ambe partes comparent et quelibet earum ex-
cipit generaliter contra producta partis adverse verbo vel in scriptis et quandoque una pars
excipit in scriptis alia vero verbotenus cum protestatione excipiendi latius verbo vel
in scriptis si eis videbitur expedire Quo facto praefigitur terminus hincinde ad declarandum
positiones et articulos ad certum diem Si vero altera pars non comparuit tunc pars comparens
excipit generaliter verbo vel in scriptis contra producta partis adverse in contumaciam ipsius et ad instantiam
videlicet partis comparentis citabitur alia pars ad actum diem prenotatos Adveniente siquidem
termino ad declarandum statuto seu assignato consueverit quandoque ambe partes compare
in iudicio et quandoque una tantum Cum quandoque ambe partes comparent tunc communiter declarent generaliter

ubo vel dant declaraciones in scriptis vel altera pars declaret verbaliter vel altera declaret in scriptis et hec facto si ambe partes sint presentes prefigitur terminus ad dicendum contra declaraciones ad certam diem. Si vero una pars tantum comparet tunc contumaciam alterius partis declaret verbo vel in scriptis ut supra in medio et ad partem comparentem instantiam attribuitur pars ad actum et terminum prenotatos. Et non quia terminus dictus tantum videlicet ad declarandum et dicendum non sunt substanciales et propterea quamvis pars dimitti contra partes non curat declarare nec ab hoc erit pressus si non fuerint terminus positi. Termino ad dicendum contra declaraciones adveniente si ambe partes comparent consueverunt hincinde contra verbo excipere quandoque et quandoque in scriptis et quandoque una pars in verbo alia vero in scriptis. Si vero altera partium tantum comparens tunc in contumaciam alterius partis dat excepciones verbo vel in scriptis prout videbitur etc.

Notabile de termino ad declarandum

Et est notandum quod aliquando pars una observat istos duos terminos videlicet ad declarandum et dicendum contra ante terminum ad producendum omnia et aliquando post non est ibi quare cuique fiat quod isti termini duo ad declarandum et dicendum contra non sunt substanciales ut supra dictum est in actore pars observat illos terminos immediate ante terminum ad producendum omnia deinde quandoque una pars facit citari aliam partem ad respondendum singulariter singulis posicionibus suis primo sine deinde sub pena et tercio ad eandem vel dicendum causam quare et quarto eo super habendis et si extunc videbitur auditori per hunc fuit respondendum de iure debet partem ipsam compellere ad respondendum easdem et eas sufficienter et si necesse fuit parte excommunicari et quandoque citatur pars ad respondendum posicionibus quibus non fuit responsum vel eo ad respondendum sufficiencius alioquin habeatur pro confessato et isti termini sunt quandoque ad perentorium diem et quandoque ad statim et si pars non curat respondere tunc in contumaciam dominus auditor habebit illas posiciones quibus non fuit responsum vel minus sufficienter responsum pro confessatis quandoque et frequenter contingit quod partes non curantes de huiusmodi responsionibus immediate post terminum ad dicendum contra producta observantur terminum ad audiendum voluntatem domini super admissione articulorum et una pars facit citari alteram ad actum prenotatum et quandoque partes hincinde in iudicio presentes fuerit tunc prefigitur illis terminus ad audiendum voluntatem domini etc. et quando iste terminus observatur ad perentorium diem in quo tunc si ambe partes comparent et dominus auditor sit deliberatus super admissione vel repulsione articulorum tunc dominus auditor debet admittere articulos ambarum partium vel alterius earundem et quandoque in toto tantum et quandoque in parte et eos vel eorundem articulos repellere secundum consilium coauditorum suorum cum quibus super huiusmodi admissione vel repulsione habet conferre etc.

Notabile de remissione ad partes

Si vero dominus auditor admittit articulos partium hincinde vel alterius earundem ad probandum in curia vel extra tunc eciam decernit remissionem ad partes si necesse fuit super eisdem. Et quando partes vel altera earum voluit habere remissionem ad partes decernere huiusmodi remissionem debet terminus prefigi ad quem de loco et iudicibus in quo est mathematica [illegible] et loci distancia consideratur et facta mencione de loco et iudicibus impetrat litteram apostolicam remissionis. Et quandoque solent fieri huiusmodi littere remissionis sub sigillo auditoris de consensu partium. Subsequenter debet eis terminus ad audiendum interrogatoria quibus datis solebit articulis producti deinde debet ad videndum includi articulos in quo termino huiusmodi littera habent prodire per inclusis qui sic inclusi sub sigillo domini auditoris debent nuncio ad partes et dominus auditor recipiat ab eodem nuncio corporale iuramentum quod fideliter et legaliter infra certum terminum quem secundum loci distanciam duxerit statuendum iudicibus in littera remissionis nominatis presentabit etc.

Qualiter producitur quando remissio de partibus reportatur

Cetum cum dicta remissio clausa sub sigillo iudicis remissionis una cum attestacionibus testium in partibus fuit ad curiam romanam reportata et auditori qui primo causam audierat vel forte in loco ipsius surrogato exhibita iudicialiter et presentata et primo ante omnia recognoscerent sigilla iudicum remissionis facere per partes hincinde

si ambe ptes in iudicio fuerint alioqn ps comparens faciat citari ad recognoscend
hmoi sigilla ad statut vel ad pma die In quo tn̄o si ptes ambe comparent tunc
sicut supradictum est Si vo alta pciu tn̄ compareat tunc illa ps comparens in contumaciam
alterius ptis recognoscet hmoi signa et sigilla et dn̄s auditor recepto Iuramento
a pte comparente q hmoi sigilla sunt illorum quorum esse dicuntur hēt hmoi sigilla p cognitis
Et hoc facto si ambe ptes iudicialr psentes fuerint petunt hmoi remissionem aperiri
dn̄s auditor d3 eam aperire Si vero vna pciu psens fuit tunc ad instan ptis comparentis
citabitur alia ad videndum aperiri hmoi remissionem ad pma diem vel ad statut
Quo tn̄o adueniente si ambe ptes compareant tunc qualiter in psencia pciu dn̄s
Auditor apit hmoi remission Si vna ps tn̄ psens fuerit tunc Auditor in con
tumaciam ptis non comparentis apit sir hmoi remissionem Et apta hmoi remissione
petet ptes publicari attestaciones testium in ptibus receptorum et aliorum in Curia pductorum
et copiam decernit dn̄s Auditor in psencia pciu si ptes hincinde fuerint psentes
publicat hmoi attestaciones et copiam decernat alioqn si ps vna solum compareat
d3 citari alia ps ad videndum publicari attestaciones hmoi ad pma die vel ad
statut et si tunc non compareat in tn̄o ps citata tunc Auditor in contumaciam eius
publicare attestaciones et copiam decerne et cetera postea obsuatur tmn ad dicendum
contra attestaciones hmoi ad vnum diem vel ad pma die vel ad statut ut videbitur
oportunum insup quitit attestacionum et cetera 2us tn̄ nō obsuatur ꝑ assignatur
tn̄ si ptes psentes fuerint ad concludendum in ca vel dicendum causam quare ad vnum diem Et si in
hmoi tn̄o concludit tunc iste tn̄ pfata pt obsuari ad pmam diem vel ad statut et in tn̄o
ad concludendum assignato si non dicatur aliquod racionale quare concludi nō debeat tunc Audi
tor concludit conuiter cu ptate reuocandi ad instan ptis comparentis Si vo aliquid
racionale dicatur tunc Auditor h3 supsedere et diffire conclusionem quousqꝫ fuit sup illis nomi
datis seu pductis plene deliberatus et postea concludere Si alta pciu nō velit concludere
et si videatur dn̄o Auditori concludendum et de iure sine consensu illius ptis pt conclude et
hēre p conclusa et cetera

De relacionibus publicis et cetera

Postmodum vo si in hmoi ca sint plura dubia et ptes petat eam poni in relacionibus
publicis et si videatur dn̄o Auditori q sic ponenda in relacionibus pfigere pt et d3 tm
ptibus ad allegandum in causa et dare ptibus dubia in scriptis et deinde allegatis in ca ad
hibitis p dn̄m Auditorem cause consilia et deliberacione cu dn̄is suis coauditoribus tam
sup hmoi dubijs q́ sup meritis totius cause Auditor d3 pfigere ptibus tm ad audiendum sniam
si ptes in iudicio psentes fuerint alioqn ad instanciam vnius ptis citabitur alia ad actum pnotatum
ad vnum pmum vel 2m diem vel ad statut ad arbitriu iudicis seu Auditoris Si vo in hmoi ca
nō fuerint plura dubia tunc Auditor incontinenti post conclusionem hitis consilijs et deliberacione
cu dn̄is suis coauditoribus sup meritis cause pnt statuet tm ptibus si psentes fuerint
alioqn ad instanciam ptis comparentis citabitur alia ad audiendum sniam ad pmam diem
vel ad statut ad arbitriu Auditoris Quo tn̄o adueniente si ptes ambe comparant
et sniam ambe petant tunc auditor si sit plenarie deliberatus ad sniam diffinitiuam
pcedit et legit in scriptis Si vo alta pciu absens fuit in contumaciam facit illud idem et
lata hmoi snia ps p qua e lata petit instrum Auditoris cause et cetera

De taxacione expensarum

Deinde vero si ab hmoi snia non appellatur solet citari ps cont̄ quam lata e snia ad vi
dendum taxari expensas ad pma die vel ad statut ad arbitriu Auditoris In quo tn̄o
si ambe ptes comparuerint tunc Auditor in psencia pciu taxat et moderat tunc expensas put
sibi videbitur ꝑ in cedula taxacionis data p ptem recepto Iuramento a pte optinente expendit
et necio est expensurus p ca indicta Si vo vna pcium non compareat tn̄ contumaciam facit

Auditor in eius et cetera

Qualiter procedit in causis que devolvuntur ad curiam per appellationem

Restat modo videre de causis que devolvuntur per appellationem ad curiam in quibus etiam modus servatur. Primo impetrata commissione et presentata domino auditori pars impetrans huiusmodi commissionem petit citari partem adversam ad dicendum contra commissionem per auditorem litterarum contradictarum domini nostri pape ad primam diem in qua die comparet pars et reportat citationem per audientiam contradictarum in generalem citatione et petit aliam citationem ad producendum in huiusmodi causa prout partes fuit procedendum ad primam diem. Prima citatione reportata in termino in generalem citatione decernitur alia citatio ad producendum 2o ad primam diem. Et deinde huiusmodi citatione reportata decernitur 3a citatio ad procedendum etc. Et demum illa reportata decernitur quarto citatio ad procedendum quarto pro superhabundanti ad primam in qua die seu termino reportata huiusmodi citatione si pars velit super devolutione cause principaliter produci vel forte iam produxit sufficientia ad devolutionem cause et ex parte vero producte instante decernitur citatio per audientiam ad dicendum contra huiusmodi ad devolutionem cause sufficientia ad primam diem et huiusmodi termino adveniente et reportata citatione per audientiam in generalem citatione decernitur alia citatio ad audiendum pronunciationem domini super devolutione cause ad primam diem in quo termino si dominus auditor fuit deliberatus et videtur causam devolutam pronunciat causam devolutam ad curiam et in ea tractandam et etiam finiendam et huiusmodi causa sit legitime ad curiam romanam devoluta. Sed huiusmodi pronunciatione super devolutione incipiat pars impetrans commissionem procedere per audientiam contradictarum si pars adversa per se vel procuratorem non compareat et erit prima citatio per audientiam ad dicendum dandum et recipiendum libellum seu summariam petitionem ad primam diem et ulterius continuabit processum ut communiter dictum est in prima instantia. Si non pars adversa compareat per se vel procuratorem dicta citatione prout supra ad quelibet acta. Et est notandum quod quando appellationes interponuntur in presentia partis appellate seu procuratoris tunc causa legitime est devoluta ad curiam vel quando appellatio in absentia partis appellate tunc dummodo intimetur illa appellatio parti appellate vel procuratori suo tunc causa devolvitur. Notandum etiam quod copia appellationis in publicam formam redacte producte per partem appellantem facit sufficienter devolutionem causam ad curiam romanam et ulterius est notandum quod pars volens habere causam habet spacium unius mensis et propter dierum et tot dierum quot sunt dicte a loco unde venit ad curiam ad arripiendum iter ad veniendum ad curiam et ad comparendum partem adversam etc. De causis appellationum sufficiat unum tamen est notandum quod multotiens pars impetrans sentiat causam esse devolutam ad curiam tamen non curat de ista termino ad producendum nec ad dicendum contra devolutionis cause neque ad audiendum pronunciationem domini super devolutione cause sed in continenti termino ad dicendum contra commissionem procedit in continenti ad terminum ad libellandum et deinceps ut communiter dictum est in prima instantia etc.

De inhibitionibus etc.

Nunc demumque restat quo dominus auditor inhibet causas que inhibitio habet fieri in causis que in romana curia agitantur et habet fieri regulariter et ut plurimum post citationem presentatam sed in prothocollo est post litem contestatam et citationem huiusmodi et notandum quod pars est suspensa. Sed in prothocollo est post litem contestatam in ea dictus copiam vel non ad instantiam partis comparentis et attenta ad videndum inhiberi in ea dictus copiam vel non ad instantiam partis comparentis et inhibitionem petentem dominus auditor inhibet in ea inhibitione more solito et decernuntur litteras optimas si pars petat. Ulterius est considerandum quod hodiernis temporibus domini auditores sacri palacii incontinenti post presentationem commissionis faciunt inhibitiones commissionis et inhibent in eius ad litteras decernunt optimas et hoc de stilo modico etc.

De compulsoriis intimationibus et inhibitionibus

De litteris compulsoriis intimationibus et inhibitionibus est notandum quod contra eas per partem citatur ad videndum huiusmodi litteras decerni ad primam diem vel ad sedem si partes sunt presentes. Sed quinque intimationes et inhibitiones decernuntur una cum citatione ad partes non vocata partes ipsi quando partes non sunt presentes etc. Sequitur diverse forme citationum per audientiam litterarum contradictarum

In primis prima citatio que fit per audientiam si sit causa devoluta per appellationem formabitur in hunc modum quod adeit ad dicendum contra commissionem etc.

Sequitur ad dicendum contra commissionem

Citacio ad dicendum contra commissionem

Mandat magister N. decretorum doctor domini nostri pape capellanus et ipsius sacri pallacii causarum apostolice camere et partibus infrascriptis a domino nostro papa auditor specialiter deputatus citari peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum domini nostri pape ut moris est et citat dominum N. clericum vel talem de tali loco vel eorum procuratores si qui sint in Romana curia personaliter quatenus post diem iuridicam proxime futuram qua ipsum dominum auditorem Rome vel alibi ubi tunc curia fuerit in audientia causarum ipsius mane hora causarum ad iura reddendum in loco suo solito pro tribunali sedere contigerit compareat in iudicio legitime coram eo ad dicendum et opponendum quidquid dicere et opponere voluerit vel in scriptis contra quandam commissionem ipsi domino auditori factam in causa et causis que vertuntur et verti et esse sperantur inter dictos citatos ex parte una et discretum clericum de et super tali beneficio vel tali etc. et eorum occasione ex altera alioquin in causa et causis huiusmodi ad ulteriora prout iuris fuerit procedet dictorum citatorum absencia seu contumacia non obstante. Datum Rome apud sanctum Petrum die ... mensis pontificatus sanctissimi domini nostri pape anno etc.   Secunda citacio si pars velit ire ad procedendum procedit videlicet et tunc quasi formatur in hunc modum

Mandat etc. ut supra ad dicendum etc. ubi dicatur ad procedendum primo et procedi videndum prout de iure fuerit procedendum in causa et causis etc. ut supra

Citacio ad procedendum secundo

Tercia citacio est ad procedendum 2o et formatur ut citacio super proxima ad procedendum primo ubi ad procedendum ubi dicitur primo dicatur 2o   Quarta citacio est ad procedendum tercio et non mutatur aliud nisi quod ubi dicebatur 2o dicatur tercio   Quinta citacio est ad procedendum quarto ex superhabundanti et non mutatur aliud nisi ubi dicebatur tercio dicatur quarto ex superhabundanti et omnem malicia convincendum etc.


Citacio ad libellandum

Sequitur forma citacionis per audienciam ad libellandum in hunc modum Mandat etc. ut in prima citacione per audienciam ut ad dicendum etc. ubi dicatur ad dandum et recipiendum dari quod et recipi videndum libellum sive peticionem summariam in causa et causis etc. ut supra in prima et ubi dicitur post dicatur una die si iuridica fuit et idem dominus auditor ad iura reddendum pro tribunali sederit alioquin post diem iuridicam proxime immediate sequentem qua ipsum dominum auditorem Rome etc.   Nota aresti in causa Catanien.

Nos N. de Bokel decretorum doctor domini nostri pape cappellanus et ipsius sacri pallacii apostolici causarum et camere ac partibus infrascriptis a domino nostro papa auditor specialiter deputatus tenore presencium arrestamus et arrestari mandamus per quemlibet domini nostri pape cursorem in registro et bullaria litterarum apostolicarum dicti domini nostri pape quascumque litteras apostolicas per partem cuiusdam fratris Juliani asserentis se monachum ordinis sancti Benedicti ... sancti Philippi de Argirione ... et super prioratu sancte Marie de Latina impetratas seu impetrandas in causa et causis vertentes inter dictum fratrem Julianum ex parte una et venerabilem patrem abbatem monasterii sancti Philippi predicti de et super dicto prioratu nobis fuit commisse et potest coram nobis indecise volumus quod dictas litteras apostolicas in dicto registro et alibi ubi expediendi expediri et ipsis expedicionibus nobis prius dicto aresto in suo robore permanente. In cuius rei testimonium presentes arrestacionis litteras fieri fecimus et nostri sigilli impressione communiri. Datum Rome ... anno M° ccc° lxxx° indictione ... die sabbati ... mensis ... pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Urbani divina providencia pape VI anno ...

Nota inhibicionis auditoris Camere

Primo queris quid sint sponsalia & unde dicantur. 2o quare fuerunt in-
troducta sponsalia seu inventa cum tamen non sit sacramentum & ex quo
nichil sacramenti in eis continet. Tercio an sponsalia debeant a iure
& si sic quando & in quo debent. Quarto an inter sponsum & sponsam sit
matrimonium & si non an sit ibi aliquod aliud vinculum & an auctoritate propria possit
quis a sponsalibus recedere. Quinto quot & quibus modis contrahuntur & quot
species sponsalium. Sexto quis sit eorum effectus & de dissolucione eorundem.
Septimo in qua etate contrahuntur. Ad primum dico quod sponsalia sunt futurarum
nupciarum promissio [illegible] Et in hac descriptione
concordant omnes doctores. Host. in summa e. ti. in prin. Goff. in summa e. ti.
& fr. Wil. Remon. [illegible] in ti. de matrimonio in prima columna et idem videtur
Thomas de aquino super iiii sen. in articulo quo queritur utrum alter coniugum
ante carnalem copulam possit ingredi religionem. Et dicuntur sponsalia
a spondendo id est promittendo vel a spondeo des quod est idem quod
promitto secundum ysidorum in li. 10 ethymologiarum quia sponsus dat fidem sponse
de futuris nupciis contrahendis & hec vicissim promittit. Vel quia
mos erat antiquitus stipulari & spondere sibi uxores futuras.
Et ex ista stipulacione seu sponsione dicuntur sponsus & sponsa ut ff.
e. ti. l. ii & iii secundum Host. in summa in prin. huius tituli. Sed numquid ex
hac promissione vel stipulacione agi potest ad matrimonium vel ad aliquam
penam pecuniariam. Respondeo [illegible] dicunt quod non allegant l. i C. e. ti.
ubi dicitur aliam desponsatam posse renunciare sponsalibus & alteri nubere
sine pena criminali vel civili. Et est racio quia matrimonia debent esse libera
in contrahendo retinendo & distrahendo. Unde nec pena hac occasione
promissa potest peti C. de inutilibus sti. l. [illegible] & c. gemma & c. cum locum & c.
requisivit. Ad 2m cum queritur quare fuerunt introducta sponsalia
ex quo non sit sacramentum nec aliquid sacramenti in se continent. Dico quod
inventa fuerunt per quoddam preparamentum & assuefactionem ad tantum sacramentum
quod est matrimonium ne illorum manibus ex abrupto veniret. Ad ipsum sicut
baptismus Johannis fuit preparatorius ad verum baptismum christi & [illegible]
[illegible] in aliud. Et kathezismus est preparamentum ad baptismum & [illegible]
in [illegible] kathecuminis. Et verba sunt quod glo. super illud luce primo ad virginem
desponsatam tangit aliquas causas desponsacionis & beatus Richardus super
quartum sen. dicit quod ideo antiquitus desponsacio facta fuit ut despon-
sati invicem pudiciciam servarent & ut sibi mutuo propter consuetam
cohabitacionem postea in matrimonio fideliores existerent. Et ideo mos erat
iudeorum sicut adhuc in aliquibus locis est consuetudo ut adveniente desponsacionis
tempore ad tempus nupciarum sponse tradebantur sponsis custodiende.
Paranymphi vel paranymphe dicuntur custodes puelle desponsate vel despon-
sande qui assistebant & ea docebant qualiter se deberent habere. Et dicitur a pa-
ra quod est iuxta & nympha puella [illegible]



Ad perpetuam rei memoriam etsi universis religiosorum cuiuscumque professionis vel ordinis partes litteras inspectur Alexander etc.
Et si animarum affectantes profectus universos et singulos qui christiana professione censentur ut suas lucrari deo faciant animas
cupiamus caritate nostri et pietate prosequi, ut moderamine iuste ad iusticie regula et linea equitatis norma fundata modestie
dirigere actus suos potiores cum desiderio exoptamus, ut vos qui mundo et pompis eius contemptis per gradus altiores perfectionis
spiritus prudentes religionum apicem ascendistis, omnem in vobis apicem ac iusticiam impleat, induere vobis modestie fundando
tenorem et ab omnibus per que religionis videatur rectitudine deviari ut vobis convenabiliter dictum valeat abstinendo, ita quod rei
qui vos distinguunt vere professionis plenitudine delectabiliter intuentes, glorificent patrem meum et iniquus os aliquorum obstruatur
Cum enim mundo angelis et hominibus

Nota modum et formam procedendi ad assecucionem seu prosecucionem gratie alicui facte per dominum papam. Et primo vita
littera bullata executori sive iudici vel executoribus sive iudicibus si fuerint in curia seu in partibus adeat
cum littera bullata et cum debita instancia requirant et humiliter petant ut procedant ad execucionem gratie
predicti mandatum eius dictum et tenorem litterarum apostolicarum super dicta gratia. Quod executor sive iudices si parte
voluerint impetranti certum terminum ad comparendum et testes ydoneos producendum et de vita laudabili et ho-
nesta conversatione ad probandum et plenaria ipsius executoris vel iudicis sentencia. In quo termino impe-
trans coram dictis executoribus vel iudicibus compareat et testes ydoneos producat. Habeat et secum ta-
bellionem seu notarium publicum et litteras executorias seu processus per dictos executores seu iudices fiendos
et sigillandos ut executor petierit in ipsis legere et publicare inhibiciones reservaciones decreta et mandata
publicaciones moniciones sentencias et alia per eosdem executores publicanda et promulganda et in huiusmodi
scriptis proferenda. Et huiusmodi factis et litteris executoris et processibus sigillatis et aliis omnibus premissis peractis fiet
notificacio litterarum apostolicarum et processuum inde subsecutorum quanto citius poterit fieri collatori vel collatoribus
in hunc modum. Impetrans accedat collatorem seu collatores ad ecclesiam seu capitulum eorundem cum publico
notario et testibus ydoneis assumptis vel una cum subdelegato vel subdelegatis executoris qui hoc speciale
receperint in mandatis. Accedat impetrans dictos collatorem seu collatores si eorum copia vel presencia haberi
et de litteris apostolicis eisdem collatoribus insinuent simul et semel notificent publicent et legant de
verbo ad verbum per copiam tradant et requirant notarium ut super huiusmodi videlicet notificacione insinuacione
publicacione leccione et per copiam tradicione conficiat publicum instrumentum. Si vero collator et vel colla-
tores indignati nollent audire notificacionem et insinuacionem ipsarum litterarum et processuum predictorum aliquas
excusaciones fingentes quod eorum presencia haberi non poterit vel forte habitant in castris ubi propter metum
impetrans subdelegatus executor notarius testes et alii ad hoc necessarie persone dictos collatores accedere
nequeant secure ad notificandum insinuandum ipsas litteras et processus. Saltem fiat in eorum ecclesiis noti-
ficacio et insinuacio litterarum et processuum predictorum et offeratur copia de verbo ad verbum dictarum litterarum
in summo altari reponatur et sufficit quemadmodum communiter prelatus tenetur habere in sua ecclesia penitenciarium vel
officialem de iure. Premissis vero peractis impetrans expectet et sustineat donec vacaverit sibi competens
beneficium nulli alii de iure debitum et infra tempus debitum hoc est infra unius mensis spacium.
Postquam ante de huiusmodi beneficii vacacione constiterit et si aliud beneficium vacaverit statim post notificacionem
vel insinuacionem litterarum et processuum collatori vel collatoribus statim acceptat illud sub hac forma.
Vadat ad notarium publicum videlicet ad tabellionem et advocet duos vel tres testes ydoneos et habeat
acceptacionem scriptam in aliqua carta et legat coram notario et testibus dictam cartam in hec verba.
Coram vobis .. clerico .. diocesis publico imperiali auctoritate notario et aliis personis hic presentibus et astantibus
Ego N. clericus vel presbiter .. diocesis dico et propono quod a x diebus vel citra ad meam pervenit noticiam
quod ecclesia vel prebenda .. diocesis ad collacionem conferendi presentis et domini domini .. talis ecclesie vel abbatis et conventus
monasterii .. ordinis .. diocesis .. vel religiosorum virorum dominorum prepositi decani et capituli singulorumque canonicorum
.. ecclesie coniunctim vel divisim spectans nunc vacavit et vacat ad presens per mortem .. vel liberam seu spon-
taneam resignacionem domini N. canonici vel huiusmodi presbiteri ipsius ecclesie perpetuum vicarii seu vel rectoris ecclesie ..
quarum candem canonicam prebendam vicariam vel ecclesiam tamquam michi et nulli alii de iure debitam cum omnibus
iuribus et pertinentiis suis quam nunc in huiusmodi scriptis in nomine domini accepto et volo in quantum ecclesiam facere possum de
eadem prebenda vicaria seu ecclesia providere virtute et auctoritate apostolica dudum per dominum nostrum papam et dominum dominum .. dominum
quondam papam .. in gratia pauperum forma michi facta super provisione michi facienda de aliquo beneficio ecclesiastico

cum cura vel sine cura spectante ad collationem vel provisionem .. sic quod in tali loco vel diocesi tunc vacabat vel cum
vacaverit etc. prout in litteris super dicta gratia confectis et bullatis plenius continetur. Protestor etiam
quod si dicta ecclesia prebenda vel dignitas michi de iure non debeatur salvum integrum et illesum sit rema-
neat michi ius ad idem beneficium ecclesiasticum michi de iure et nulli alteri debitum acceptabile virtute et
auctoritate gratie supradicte. Invocans super hiis testimonium omnium astantium personarum et presertim tabel-
lionis hic presentis et requiro te sub debito officii tui et iuramenti ut michi super premissis conficias
publicum instrumentum. Qua acceptatione facta vadens impetrans cum notario et testibus ad executores alios suos
subdelegatos vel principales delegatos si eorum presentia haberi potest eisque acceptationem huiusmodi per ipsum factam
et in publicam formam redactam et instrumentum et ipsum instrumentum publicum notificat et insinuat et legit et requirit
eosdem executores cum debita instantia et humiliter supplicat ut huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis bene-
ficium sibi vacans et per ipsum acceptatum sibi conferat et assignet et procuret investiat ipsum in corporalem
possessionem et inductum defendant et faciat sibi de ipsius beneficii fructibus redditibus proventibus iuri-
bus et obventionibus universis et integris et plenarie respondere. Premissis vero omnibus et singulis factis etc. Si vero
collator vel collatores se in premissis aliquomodo opponunt vel ipsum impetrantem in aliquo licet possessione
pacifica vel instrumento per procurationem vel aliquo quovismodo molestant impedire extunc executores prefati eorum
litteris et mandatis faciat et mandet moneri collatores et quoscumque alios ipsum impetrantem in aliquo
impedientes ut infra certum tempus monitionis eorum ab huiusmodi impedimento seu perturbatione desistant
alioquin sententias excommunicationis suspensionis et interdicti mandet et mandat et mandasse denunciant
in ecclesiis kathedralibus collegiatis et singulis aliis publice et manifeste singulis diebus dominicis
et festivis. Si vero collator vel aliquis alius contra litteras processus et mandata seu monitiones appel-
laverit impetrans protestetur quod dictam appellationem in curia Romana velint habere tractandam decidendam
et sine debito terminandam. Preterea vero si collator dicit se velle dicto impetranti conferre beneficium accep-
tatum impetrans non consentiat sed petat ut admittat eum et sit sibi favorabilis et quod executores
sui illud sibi conferant alioquin si impetrans consentit in collationem collatoris statim exspirat gratia
sua. Item caveat se impetrans ne decipiatur per collatorem seu collatores mediante promissione aliqua
vel obligatione sed quandocumque eisdem placuit faciat sibi fieri sufficientem cautionem quia dicitur se
de iure non tenere promissiones et obligationes factas impetrantibus. Item si adepta possessione impetrans
gravetur in aliquo seu per aliquam personam sui diocesani vel eius officialis seu collatoris aut collatorum
dicentium se habere iurisdictionem ordinariam in ipsum impetrantem ratione beneficii adepti sive parochialis vel
ecclesie curate vel non curate statim impetrans cum dicta gravamina ad eius pervenerint notitiam habeat super ea
consilia iurisperitorum et appellat viva voce coram notario et testibus protestetur quod infra decem
in scriptis intendat appellare et infra hoc tempus vadat ad executores suos et requirat eosdem
cum debita instantia et petat humiliter ut ipsi eum defendant et provideant sibi de remedio opportuno sicut de
iure tenentur. Quod si facere renuerint vel contempserint impetrans appellat ad sedem apostolicam collatorem vel
collatores ipsum gravantes aut contra executores iustitiam sibi denegantes et habeat appellationem quandam
cartam scriptam et legat eam coram notario et testibus in hec verba. In nomine domini amen. Coram vobis
.. publico imperiali auctoritate notario et testibus hic presentibus et astantibus Ego talis .. canonicus vel talis ..
presbyter seu clericus dico et propono quod .. episcopus .. prepositus .. decanus et capitulum contra me talem mandatum emiserunt

In qua collatione exe-
cutor sit cautus
verbis quibusdam ubi
hic ponit [illegible]
vobis [illegible] vigore
[illegible] tibi [illegible]
acceptatum tibi con-
ferat / alioquin gratia
tibi [illegible]
[illegible] et vigore
[illegible] tibi [illegible]
[illegible]
[illegible]
receptitudinem.

vel iniusti extimavit cuius tenor de verbo ad verbum potest totus In quo quidem madato dicta gravamina in
indebite et contra iusticia illata continentur super quo executores mei in gra iniusti a sede apostolica deputati
licet per me cum debita instantia requisiti me defendere et de oportuno remedio iniusti prouidere contra iusticiam de-
negarunt In quibus omnibus et singulis et aliquo eorum aliquo sentiens me indebite gravatum et timeo vel
similiter me amplius gravari in futurum ad sedem apostolicam in hijs scriptis in nomine domini provoco et appello et
apostolos instanter instancius ac instantissime michi dari peto si quis sit qui michi eos dare velit et possit
quos si michi denegati fuerint eodem iterum sentiens me gravatum ad eandem sedem apostolicam appello Subiciens me
et omnibus iniusti adherentibus et adherere volentibus seu volentes protectioni sedis antedicte et omnia bona mea
mobilia et immobilia presencia preterita et futura protestans quod dictam appellationem meam intendo notificare insinuare
declarare innovare corrigere mutare in parte vel in toto ubi quando et quociens cum quod fuerit oportunum
et videbitur expedire requirens testimonium omnium astancium personarum et precipue tui tabellionis hic presentis
et requiro te sub debito officij tui et iuramenti prestiti ut super hijs scilicet appellacione protestacione et alijs hic lectis
conficias michi unum vel plura publicum seu publica instrumenta. Qua appellacione interposita appellans de-
bet infra tempus competens ipsam appellacionem notificare et insinuare parti adverse et hijs qui sibi huiusmodi gravamina
intulerunt et etiam executoribus suis qui sibi iusticia facere denegaverunt et petat apostolos et tradat eis copiam
appellacionis coram notario et testibus fidedignis et si velint et dixerint sic sibi dari apostolos petat sibi
terminum iuris et etiam scilicet xxx dierum per eos assignari inclusive et post hoc si terminus sibi assignatur ad dandum eos
apostolos extunc attendat ad eum vel ad eos in dicto anno et die petat et si dabuntur accipiat duos apostolos
coram notario et testibus et protestetur quod dictam causam appellacionis sue interposite velit habere in curia romana
in sacro pallacio domini pape coram auditore seu auditoribus sibi a sede apostolica dandis seu eis deputandis
tractandam audiendam decidendam ac fine debito terminandam. Nota quod apostoli sunt littere in quibus re-
cognoscitur appellatum et iudices seu persone gravantes appellante scribunt cui velint appellacionem deferre
aut ipsam appellacionem refutare et dicuntur uno modo apostoli reverenciales et tunc defertur appellacioni
Alio modo dicuntur apostoli refutatorij et tunc apostoli refutantur et si dabuntur apostoli reverenciales tunc appellacioni
defertur et gravamina revocantur. Et si dantur apostoli refutatorij non defertur appellacioni et gravamina
non revocantur et hec dicta sufficiat ad presens oportet extunc quod appellans et ipsius causa in Curia
Romana prosequantur et cetera

de off. dele. li. vi

Divisio per materia executorum sunt diversi secundum Jo. an. hic quod quatuor sunt genera executorum primi sunt
executores sine cognitione de quibus supra eodem c. pastoralis de offic. deleg. et supra primo de sen. et re iudi.
in c. de cetero eodem ti. et ad consultationem et in eis per ver. Alii sunt executores testamentorum de
quibus in c. Johannes de testa. supra eodem ti. c. in li. vi et inspectis ti. de execu. testa. Alii sunt executores
negotiorum et litium de quibus in c. uno de obliga. et satisdatione et in c. super questionum de offic. deleg.
Alii sunt executores gratiarum quidam sunt ad compellendum tantum quidam ad providendum tantum quidam
sunt mixti ut sunt dati ad compellendum et providendum simul. De his qui dantur ad compellendum
tantum habetur hic in c. uno. Et isti qui dantur diversis formis quas recitat Jo. an. hic in novel. hoc
dantur isti illis quibus contulit beneficia vacantia dominus papa et dantur ut compellant renitentes ut
obediant gratie apostolice. De his qui dantur ad providendum tantum habetur in c. si apostolo eodem ti. et dantur ad bene-
ficia primo vacatura. Ut cum papa mandat provideri petenti tali vel tali de beneficio primo vacaturo
Et isti etiam diversas formas habent quibus constituuntur quas notat hic Jo. an. in suo novel. De
mixtis qui dantur ad compellendum et providendum simul de his in c. tibi qui de rescrip. e. li. ut
cum papa confert canonicatum vel mandat eum statim recipi in canonicum et provideri de prebenda prime
vacatura tunc isti executores qui super hoc dantur sunt executores ad compellendum quod habent compellere
canonicos ut talem recipiant quem papa iam providit. Sunt etiam executores ad providendum quod
ipsi habent tali providere de prebenda primo vacatura et sic sapiunt naturam utriusque. Et ista tria genera exe-
cutorum omni tempore dantur. In primis execu. ad compellendum dantur super beneficiis collatis executores ad
providendum super beneficiis conferendis mixti cum confertur canonicatus et mandatur provideri de preben. primo
vacatura. No. hanc materiam quia notabilis est. Circa c. si eodem ti. querit Jo. de lig. de tali
questione mandat papa mihi provideri de beneficio primo vacaturo dato executore me absente et ig-
norante beneficium vacat executor michi confert antequam collatio pervenit ad noticiam meam papa
revocat omnes gratias per quas non est quesitum ius in re postea veniam ad collationem execu-
toris mei queritur an collatio illius beneficii valuit vel ne. Et tenuit quod non quia revocatum et
quia absente me non fuit collatum et nullum ius in re acquisitum per c. si tibi absenti de
preben. et h. supra eo. et li. ut loco si cantinus sit collatus sub expectatione preben.

Fforma processus

Reverendis in Christo patribus et dominis domino .. Dei gracia Archiepiscopo Pragensi Cracoviensi Wratislaviensi Olomucensi
episcopis eorumque in spiritualibus vicariis aut Officialibus generalibus Necnon venerabilibus et discretis
viris dominis Capitulis singulisque canonicis Et personis ecclesiarum et Wratislaviensis Etiam ac omnibus
aliis et singulis dignitates et personatus administraciones seu officia et quecunque beneficia obti-
nentibus in eisdem ac illi vel illis ad quem vel ad quos in Cracoviensi Wratislaviensi et Olomucensi ecclesiis
vel extra beneficiorum Collacio provisio presentacio eleccio seu quevis alia disposicio pertinet vel dinoscitur
pertinere Omnibusque aliis et singulis quorum interest vel interesse poterit quosque infrascriptum tangit nego-
cium seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus censeantur et quacunque prefulgeant
dignitate Universis constitutus Johannes .. Canonicus .. et Officialis Wratislaviensis Executor ad infrascripta
una cum infrascriptis meis in hac parte Collegis cum illa clausula quatenus vos ~~et quilibet~~ vestrum vel duo
aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios etc. a sede apostolica specialiter deputatus Salutem in
domino et mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire Noveritis sanctissimi in Christo
patris et domini nostri domini Bonifacii divina providencia pape noni unam videlicet graciosam in filius sive
alias vero executoriam cum cordula canapis ~~more Romane curie~~ veris bullis plumbeis ipsius domini
nostri pape more Romane Curie impendentibus bullatas sanas et integras non viciatas non cancellatas
nec in aliqua parte suspectas Sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis per honorabilem et discre-
tum virum dominum Jacobum de .. Canonicum ecclesie Olomucensis principalem in ipsis litteris apostolicis principaliter nominatum
coram notario publico et testibus subscriptis presentatas cum ea qua decuit reverencia noveritis recepisse
Quarumquidem litterarum apostolicarum unius videlicet graciose tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis
et servatur Bulla graciosa usque sive ad penultima verba de inde sit Tenor vero executorie
sequitur et est talis et servatur eciam de verbo ad verbum deinde subiungitur Post quarumquidem
litterarum apostolicarum presentacionem et recepcionem fuimus per honorabilem et discretum virum dominum Jacobum de ..
Canonicum Olomucensem principalem supradictum cum instancia debita requisiti quatenus ad execucionem
dictarum litterarum apostolicarum et contentorum in eisdem procedere curaremus iuxta traditam seu directam a sede
apostolica nobis formam Nos igitur Johannes Canonicus .. et Officialis Wratislaviensis Executor prefatus volentes
huiusmodi mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur prefatas litteras
apostolicas et hunc processum ac omnia et singula in eis contenta vobis reverendis patribus dominis
Archiepiscopo Pragensi Cracoviensi Wratislaviensi ac Olomucensi episcopis omnibusque aliis et singulis quorum interest vel
interesse poterit quosque infrascriptum tangit negocium seu tangere poterit quomodolibet in futurum Insinuamus
notificamus ac intimamus et ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus
per presentes Auctoritate autem apostolica nobis in hac parte concessa unum vel duo seu tria aut quatuor bene-
ficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica eciam si canonicatus et prebende aut duo ipsorum dignitates et
prebende aut duo ipsorum dignitates et personatus seu Officia cum cura Octuaginta Si non sine cura
fuit vel fuerint Quadraginta marcarum argenti puri secundum taxacionem decime valorem annuum
non excedat ad cuiuscunque seu pertinet vel dinoscitur quorumcunque seu quarumcunque in Pragensi Cracoviensi
Wratislaviensi Civitatibus et diocesibus Collacionem et provisionem presentacionem eleccionem seu quamvis aliam disposicionem
pertinens seu pertinencia si quod si que aut si qua tempore datarum dictarum litterarum apostolicarum vacabat aut
vacabant seu vacaverint postea aut nunc vacat seu vacant aut cum vacaverit seu vacaverint
quod seu que prefatus Jacobus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis

vacand postq sibi vel eid patri suo vacatio huiusmodi innotuerit Etiam si ipsum vnum vel ipsorum duo
seu trium aut quatuor aliquod seu aliqua per liberam resignationem apud sedem apostolicam seu eius auctoritate
extra eam vel sic vacando vacare contigerit aut alias dispositioni apostolice reservatum seu reservata fuit seu
fuerint Aut etiam si ex personis Capellanorum minorum seu familiarium sedis apostolice seu fructuum aut
prouentuum Camere apostolice debitorum Collectorum Succollectorum aut apostolicarum abbreviatorum vel cardinalium
seu primarie litterarum scriptorum aut per assecutionem aliorum beneficiorum etiam apostolica auctoritate collatorum
seu conferendorum vacante seu vacauerint aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum vel reservata
fuit seu fuerint et quod seu que dictus Jacobus iuxta tenorem et formam dictarum litterarum duxerit acceptandum seu
acceptanda conferendum seu conferenda eidem domino Jacobo cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donationi
vestre domino vestro Jeronimo apostolice et aliis Collegarum seu Subdelegatorum vestrorum infrascriptorum prout iam per dictum
dominum nostrum papam reservatum reservati reservatam et reservata sunt specialiter et expresse reservamus.
